CODICES MANU SCRIPTI EINSIDLENSES

CATALOGUS
CODICUM MANU SCRIPTORUM

QUI IN

BIBLIOTHECA MONASTERII EINSIDLENSIS

O. S. B.

SERVANTUR.

DESCRIPSIT

P. GABRIEL MEIER O. S. B.

BIBLIOTHECARIUS.

TOMUS I

COMPLECTENS CENTURIAS QUINQUE PRIORES.



EINSIDLÆ SUMPTIBUS MONASTERII

LIPSIÆ PROSTAT APUD O. HARRASSOWITZ.

1899.

IMPRIMATUR.


EINSIDLÆ DIE 2a IANUARII 1899.

COLUMBANUS


ABBAS.

TYPIS EBERLE & RICKENBACH EINSIDLENSIUM.

ORDO LIBRI.



MONASTERIUM EINSIDLENSE



PRÆFATIO.

Prodit tandem in lucem catalogus codicum nostrorum manu scriptorum, quem maxime liberalitati ac munificentiæ Reverendissimi Abbatis Columbani acceptum referre debemus. Sed nec reticenda merita R. Patris Galli Morel († 1872) æterna memoria digni, de cuius laboribus omnes fere paginæ huius libri testantur. Ipsius catalogus librorum manuscriptorum mihi in hoc opere conficiendo maximo usui fuit. Libenter quidem omnes codices manuscriptos unico volumine comprehendissem, sed obstitit et eorum numerus, 1500 volumina excedens et temporis angustia. De cætero quæ supersunt volumina non sunt tanti momenti; quando vero eorum catalogus prælum subibit difficile est dictu.

De totius operis ratione hæc sunt quæ præmonenda esse censeo. Præcipue successorum meorum rationem habendam esse duxi, cum eorum sit hunc thensaurum, patrum industria comparatum, semper magis cognoscere et ex eodem haurire. Eorum in gratiam plurima addidi, quæ eorum usui potissimum serviant, indigitando v. gr. editiones quæ in bibliotheca nostra, præsertim inter libros sæculi XV prostant.

Retinui ordinem et paucis exceptis etiam numeros codicum sicut a 40 circiter annis P. Gallus Morel instituerat. Cæterum qua ratione catalogus manuscriptorum conficiendus sit, iam ante plures annos alibi publice disserui. (Centralblatt für Bibliothekswesen II [1885.] p. 463—471.) Quibus hæc addenda videntur:

1. Primo semper ponitur figura crassiore *numerus* codicis quo nunc signatus est cum in dorso, plerumque in schedula typis expressa, tum colore cœruleo in parte interiore operculi.

Singuli numeri singulis voluminibus attribuuntur, excepto si aliquoties idem opus plura volumina complectebatur ut. v. gr. **466**, qui tribus voluminibus convenit et **25, a, b**. Isti numeri plerique a P. Gallo Morel dati sunt, exceptis numeris **466, 470, 471, 473, 483**.

Plurimi codices adhuc retinent vestigia alterius numerationis v. gr. cod. **243** in parte exteriore signatur: K 17. Alii sunt numeri quos Hænel anno 1830 indicavit, alii P. Gallus Morel anno 1843 in Archiv für ältere deutsche Geschichte Bd. VIII. P. Gallus Morel multos numeros codicibus primus apposuit, inprimis codicibus fragmentorum **360–376**, qui anno 1859 quo P. Anselmus Schubiger opus suum de schola cantus Sangallensis publicavit nondum numeris signati erant. (Cf. l. c. p. 60 nota; p. 85 nota 2 fit mentio cod. 33 qui iam est **250**.)

Si complurium codicum particulæ in unum volumen compactæ erant, has distinxi per numeros romanos quos arabicis addidi v. gr. in codice **29** ubi particula prima pag. 2—87 glossas in evangelia continens signatur **29, I**, secunda p. 88—102 annales heremi est **29, II** et sic deinceps usque ad **29, VI** quo computus Helperici notatur.

2. Numerum qui hodiedum valet plerumque uncinis inclusus alius sequitur qui etiam formæ codicis coniunctus est v. gr. Fol 8⁰ etc. Isti numeri, etsi hodie non amplius in usu sunt, tamen indicant librum iam ex longo tempore monasterii Einsidlensis fuisse. Nam semper additur: «B. V. Einsidlensis». Quis autem huius inscriptionis auctor fuerit non ausim determinare.

3. Sequitur crassiore littera expressus *titulus vel superscriptio* libri, quo paucis verbis illius argumentum principale indicatur, sicut plerumque in dorso codicis legitur, quod quantum fieri potuit retinere studui. Si codex titulo destitutus erat, ipse finxi et uncinis inclusi. Aliquot codices in fronte operculi schedam pergameneam affixam habent sæculo ut videtur XVI scriptam, qua libri argumentum indicatur. Patet hos codices pluteo impositos fuisse. Alii in dorso schedula membranea signati sunt, in qua manus sæc. XVI lingua germanica argumentum libri expressit. Idem videre est in variis libris initio sæc. XVI typis editis. Altera manus sæc. XVII vel XVIII in schedula chartacea dorso affixa librorum titulos inscripsit, quæ tamen scriptura iamiam evanida plerumque a P. Gallo Morel renovata fuit. Per se patet tam paucis verbis non semper libri argumentum accurate exprimi posse, quapropter aliquoties ampliorem titulum apposui sed uncinis inclusi.

4. *In ætate codicum* definienda permultum laboravi, bene conscius quanti hæc intersit, sed et quam ardua res sit. Cf. quæ hac de re scripsi in Centralbl. für Bibliothw. II (1885) p. 225—231: Ueber die Be-

stimmung des Alters der Handschriften. P. G. Morel qui primus accuratius ætatem codicum nostrorum definire studuit, plerumque non male iudicavit. Verumtamen ipse sibi hac in re non semper constans fuit Ita in «Einsidler Handschriften der lat. Kirchenväter» codicem **132** pag. 259 (sub Sedulio) sæculo X adtribuit, p. 256 (Leontii) sæculo XI et p. 244 (Anastasii) sæculo X—XI. Sic alibi. Sero animadversus sum virum doctissimum E. Steinmeyer in editione glossarum vol. 4 pag. 420—427 plures codices inferiori sæculo attribuere quam in hoc catalogo factum est.

5. *Materia* codicum est ant membrana (pergamenum) vel inde a sæc. XV charta quam hodie papyrum dicimus. Pauci omnino codices pergameno simul et charta constant v. gr. num. **20**.

6. Materiam sequitur *forma codicis* quæ pendet ex magnitudine foliorum. Quam quidem systemate sic dicto *metrico* indicavi, et primo quidem loco altitudinem folii, millemetris expressam, quam sequitur numerus latitudinis interposita figura crucis inclinatæ. (×) Si de altitudine et latitudine agitur, intelligenda est dimensio foliorum non autem operculi sive ligaturæ. Ubi foliorum inter se magnitudo æqualis non est, quod maxime in collectionibus fragmentorum nr. **360**—**378** locum habet, satis esse duxi maximi folii dimensiones apponere.

Quoad codices chartaceos non expedit mensuram tam exacte exponere ideoque obiter tantum verbo vel numero *Fol.* 4⁰, 8⁰ etc. innuere satis habui. Aliquoties, ubi folia non numerantur saltem crassitudo libri indicatur v. gr. nr. **69** et **70**.

7. Formam libri sequitur *numerus foliorum vel paginarum*, qui raro manu antiqua signatus est. Plerumque P. G. Morel stilo paginarum numerum supplevit, sed sæpe sæpius erronee, sive numerum omittendo sive repetendo; aliquoties etiam numeros romanos adhibuit. Satius duxi tales errores ab initio indicare, quam numerorum seriem mutare. In descriptione vero codicum secutus sum notationem foliorum seu paginarum. Cæterum præstat folia tantum numeris signare, quo in casu pagina versa accentu notanda venit.

8. Non parvi momenti sunt *signa quaternionum, quinternionum* etc., litteræ vel numeri ad calcem manipulorum plerumque appositi, quibus ordo foliorum indicatur. Ex iisdem plerumque coniici potest, an unus vel plures codices ad manus sint, utrum quaterniones eiusdem vel diversorum operum fragmenta sint. Sæpe tamen disparuerunt cultro bibliopegæ ablata.

9. Cuiusque vero paginæ lineas numerandas iis, qui singulis codicibus olim uterentur relinquere me posse censui. Idem de scripturæ caracteribus, atramenti colore et si quæ sunt huiusmodi dicendum. Tamen si codex binis columnis in quaque pagina scriptus erat, sedulo adnotavi; item si *plures manus amanuensium* distinguuntur, quod ma-

xime apparet quando ultima pagina quaternionis partim vacua relicta est. Hoc inter alia animadvertitur in codd. **15, 180, 184, 185.** Quod tamen non tanti momenti existimabam ut indicandum censerem.

10. *Ligatura librorum* antiquiorum plerumque ex asseribus facta est vel tabulis ligneis. Inde a sæculo XVI ligatura chartacea in usum venit. Ceterum difficile est dictu, quonam tempore codices ligati sint; P. G. Morel hoc factum esse putat tempore H. de Ligertia (Naumann, Serapeum I, 350.) Tamen quoad magnam partem hoc posterius factum esse alibi probavi. (H. v. Ligerz 18—20.) Specialis mentionis digni sunt codices ligati sub abbate Augustino I. Hofmann (1600—1629) cuius scutum gentilitium corio albo plerumque impressum est. Conf. indicem donatorum p. 420. Cæterum tegumenta alicuius momenti propter artem vel ætatem sæculo XV maiorem inter codices nostros non extant.

11. *Ornamenta et figuras* si quæ codicibus insunt notavi; de quibus pauca dicenda supersunt postquam viri clari Rahn (Geschichte der bildenden Künste in d. Schweiz p. 142, 145, 300—308.) Dr. P. Albert Kuhn (Der jetzige Stiftsbau M. E. ib. 1883 p. 196, 197) de ipsis tractaverunt, ad quos lectorem remitto sicut et ad indicem rerum infra p. 411 (imagines) 412 (litteræ initiales) 414 (scuta gentilitia). Aliquot figuras etiam v. cl. Rohault de Fleury operibus suis La Messe et Les Saints de la Messe inseruit.

12. In exponendo singula opera quæ in unoquoque libro continentur non unam ubique viam secutus sum, ratus non omnia ubivis congruere. Generatim ea tantum adducenda censui, quæ in codice leguntur manu primæva eaque punctatione signis orthographicis distinxi. Econtra quæ in codice non leguntur, ut sunt v. gr. litteræ initiales, nomen auctoris, pars sententiæ cultro bibliopegæ ablata ego supplevi et ad cavendum lectorem uncinis inclusi.

13. In describendis singulis codicibus ordinem paginarum vel foliorum secutus sum, ad finem reiiciens omnia addiditia vel a posteriore manu addita, v. gr. glossæ vel poëmata ad initium vel finem codicis adscripta et quæ sunt eiusmodi. Singulorum operum separatorum initia et fines notavi, additis paginis vel foliis ubi continentur, quando operis natura id exigere videbatur. Alias præsertim in operibus scriptorum classicorum hoc minus necessarium esse duxi. Cum multa opera theologica desinant in aliquam formulam usitatissimam *per dominum nostrum Jesum Christum* vel *per omnia sæcula sæculorum* hæc omisi et verba quæ immediate præcedebant adducere malui.

In eis quæ e codicibus descripta typis exprimenda curavi, integram utique scribendi rationem, qualis in codicibus extat, retinui. Ne miretur ergo lector modo «epistula» modo «epistola» hic «etiam» alibi «eciam» scriptum esse. Ratus sum codices ad litteram sequi, non tamen ita quin litteram minusculam pro maiuscula posuerim vel *i* pro *j*, *v* pro

u etc. Alibi secutus codicis rationem scribendi ne lector existimet erronee expressum esse, signum exclamationis uncinis inclusum addidi vel sic [!]. Et generatim quæ in codicibus non contenta ipse addidi, uncinis inclusa sunt; verba ipsa exacta codicum appositis signis « » distinxi. Quæ in codice atramento rubro scripta ea characteribus quos *cursivos* dicunt notavi. Litteræ evanidæ quæ iam amplius legi non possunt | | | | indicavi; si minus certe de lectione hærebam signum interrogationis apposui. Tribus punctis (. . .) verba omissa indicantur.

14. Plurimum interest, quando de opere manuscripto agitur, an argumentum eius iam typis evulgatum sit vel cum editionibus collatum. Ideoque non parvum laborem adhibui ut de singulis libris, imo eorum fragmentis accurate indicarem, ubi novissime vel optime edita essent. Opera quibus usus sum sequens elenchus ordine alphabetico exhibet. Per se patet, non omnes editiones hic adduci potuisse sed pro viribus studui saltem illa opera indicare quæ directe ex codicibus nostris vel hauserunt vel eorum mentionem faciunt. Si de editionibus sæculi XV agitur præcipue illarum rationem habui quæ in bibliotheca nostra inter *incunabula*, ut aiunt, asservantur.

15. *Indices* in fine libri plura continent quæ in describendis codicibus consulto omiseram ne bis eadem nomina etc. afferrem. *Index auctorum* enumerat scriptores quorum aliquod opus inter manuscripta extat, nulla ratione habita an revera genuini sint fœtus auctorum quorum nomina præ se ferunt. *Index rerum* generatim ea tantum continet quæ in indice auctorum non habentur. Neque omnia adducere volui quæ alias inventu facilia essent. In indice rerum diligenter notavi quæ de Sanctorum vita, officiis etc. agunt.

16. *Addenda et corrigenda* in fine libri, non dubito quin magnopere augeri possint. *Non arrogans est modestia cum confiteor sarcinam cervicibus parum validis impositam a me non satis alte esse sublatam. Atque severus mei iudex sum, non iniustus.*

BREVIS CONSPECTUS HISTORIÆ BIBLIOTHECÆ EINSIDLENSIS.

Primus incola loci Heremitarum sive Heremi sacræ, quod nunc vulgo Einsideln audit fuit S. Meginratus martyr († 861.) De cuius libris ita legitur in Annalibus Augiæ divitis: «*hatt im selbs die hystori des alten und nüwen testamentz geschriben, hindan gesetzt das buoch der prophetten, das er begert durch ander brüder beschriben werden. Er sant her sin histori zuo nutz und frucht der brüder hie zuo behalten, und behielt im selb ain messbuoch mit den eppistlen und ain omilier, unser regel aine und die bücher Cassiani etc.*» (Gallus Oheims Chronik v. Reichenau ed. Barack p. 54. — Cf. Hartmann, An. Her. 10. — Centralbl. f. Bibliothw. 4, 257.)

Nescio an vestigium aliquod supersit horum librorum, sed forsitan eorum unus alterve superesset, v. gr. regula S. Benedicti nr. **236** sæc. VIII vel IX.

Sæculo decimo fundatum est monasterium secundum regulam S. Benedicti sub abbate *Eberhardo* annis 934—958 quem secutus est Thietlandus 958—964. Ipse creditur auctor fuisse commentarii in epistulas D. Pauli nr. **38,** quem ex scripturæ charactere libenter sæc. X tribuerem. B. Gregorio abbati 964—996 falso adscribitur codex **121,** qui potius originem Sangallensem præ se fert. Pauci codices sæculo X antiquiores aliunde huc allati sunt, ut codices **18, 27, 157, 236,** I. (regula S. Benedicti) **347** et quidam alii.

Sæculo X tribuendus Benno scriptor codicis **158** qui nomen suum inscripsit p. 106. De quo confer infra p. 130. Vigilium scriptorem obiisse anno 951 testes sunt annales Einsidlenses in cod. **319.** (Ed. Pertz Mon. Germ. SS. III, 138 et 145.) Magna pars librorum nostrorum iam sæc. X scripta est. Primum locum tenent libri sacri nr. **5—7,** homiliarii **41** et **42,** vitæ sanctorum **256** et **257,** qui libri, ut multa vestigia probant, choro addicti erant. Idem dicendum de libris sæc. XII nr. **1** Biblia, **8** et **9** lectionaria, **83** breviarium et **247—250** qui vitas sanctorum continent. Marginibus vacuis librorum varia addebantur, v. gr. redditus monasterii in cod. **83,** aut glossæ sive theotiscæ sive latinæ quæ inter lineas sæpe occurrunt. (Cf. indicem rerum sub voce *glossæ* p. 410.) Aliquoties etiam scriptura secreta invenitur ut **27** p. 49, 49'. Ad libros ornandos litteræ initiales coloribus et auro decorantur vel etiam imaginibus, quibus sancti repræsentantur.

Sæculo XI Otloh monachus S. Emmerami Ratisbonensis scriptor celebris abbati Einsidlensi unum librum dono contulit. (Mon. Germ. Script. XI, 393.) Quis iste liber fuerit iam non potest dici. Boëthii liber **298** a puero Herimanno sæc. XI exaratus esse videtur. B. Frowinus, vir venerandæ memoriæ, quem Sanblasiani et Engelbergenses sibi vindicant, loco Heremitarum non alienus est. In annalibus Einsidlensibus ad annum 1123 dicitur: *Blasianenses intraverunt.* (Cod. **319** p. 38. Ed. Pertz, Mon. Germ. SS. III, 147.) Ipse Frowinus in annalibus suis ex nostris hausit, item ex codice Abælardi nr. **300**, eius cura Isidori etymologiæ nr. **360** scriptæ sunt et Ambrosius in Lucam (nr. **166**) etsi eius opera in codd. **239** et **240** seculo demum XVI huc venerunt.

Sub abbate Wernhero I (1122—1142) liber Missalis (**111**) et officialis (**112**) scripti sunt; sub Wernhero II (1173—1192) constitutiones (nr. **349**, 121—124) et glossarium Salomonis (nr. **293**.)

Anno 1298 oblatus est Honorius Augustodunensis. (nr. **357**.)

De Henrico de Ligertia custode et bibliothecario Einsidlensi inter annos 1324 et 1360 in peculari libello tractavi. Sæculo XIV Einsidlam pervenerunt duo codices mystici **277** et **278**. Qua occasione bibliothecæ illati fuerint nescitur.

Sæculo XV pertinet breviarium (nr. **87**) abbatis Geroldi 1452—1481. Anno 1494 scriptum est graduale maximum pergameneum quod nondum numero signatum est.

Alberto de Bonstetten viro studio humanitatis clarissimo plures codices debemus, quos partim ex Italia detulit partim Friburgo ut nr. **328**. Conradus abbas (1480—1526) anno 1502 comparavit Missale nr. **107** pro 12 florenis Rhenanis. Alterum Missale (nr. **104**) abbas Adamus Heer anno 1581 scribi fecit. Joachimus Eichhorn (1544—1569) legatus Helvetiorum ad concilium Tridentinum missus scripsit tractatum de purgatorio (nr. **66**) anno 1562.

Sub abbate Udalrico Wittwyler (1585—1600) scripta est vita patronorum Einsidlensium (nr. **93**) et itinerarium Mariæ virginis germanice (nr. **270**) renovati codd. **26** et **121**; ipse abbas composuit vitam Zwinglii **438** p. 175—179'.

Nec prætereundus P. Joachimus Müller, Thuricensis † 25 Martii 1594, qui scripsit codices **69** et **70** et possedit **243**. Gregorius Vogt, parochus Tugiensis (1562—1573) auctor fuit numerorum **212** et **231**. Aegydius Tschudius, insignis chronographus Helvetiæ multa ex annalibus nostris hausit. Ipsius epistulæ ad Joachimum abbatem extant in codice **426** ex autographo descriptæ. Plurima eius opera postea acquisita sunt.

Optime de bibliotheca meritus est abbas Augustinus I Hofmann (1600—1629). De quo cf. Allg. deut. Biogr. 12, 626. Ipse ædes bibliothecæ extruxit anno 1603. Est auctor libelli nr. **65**. Ipsi dedicata est chronica

Badensis **451**. Sub ipso scriptus nr. **64** et alii manu Leonardi Zinck, qui iam anno 1587 chronica Eremi (nr. **411**) exaraverat. Augustini iussu scriptus cod. **238** et eadem manu **252**, forsan et **241**. Gothardus canonicus Salodorensis anno 1627 obtulit codicem **291** et eodem anno nobilis vir Hans Werner de Raitnau Missale theutonicum nr. **115**. Wolfgangus Keller, parochus in Engen dedit bibliam nr. **2**. Alii codices advenerunt ex Gaesdonk prope Goch, quod fuit monasterium regularium ordinis S. Augustini vicinum Hollandiæ. Hoc nomen quatuor codices inscriptum habent **170, 190, 220, 279**. Ex eadem regione etiam **189** provenire videtur. Præterea non pauci codices scutum gentilitium Augustini præ se ferunt. Cf. indicem possessorum p. 420.

Inter bibliothecarios Einsidlenses eximium locum tenet P. Christophorus Hartmannus origine Frauenfeldensis † 1627. Cf. Allg. d. Biogr. 10, 681. Ipse edidit 1612 Annales Heremi et reliquit manuscriptum commentarium rerum Helveticarum **416, 446**. Eius commercium epistolicum cum Francisco Guillimanno extat in codice **456**. Sæpe etiam codicibus varias notas addidit circa auctorem, editorem etc.

Etiam abbas Placidus Reimann (1629—1670) plures libros describi fecit ut Tschudii chronicon **378—380**, anno 1639 Antiphonaria **601** et **602**. Sub ipso bibliotheca Mirgeliana Einsidlensi coniuncta fuisse videtur, cuius erant libri iuris venerandæ antiquitatis **191** et **205** qui forsan fuerant Joannis Fabri episcopi Viennensis († 1541.)

Jodocus Knab, Lucernensis, quondam episcopus Lausanensis († 4 Oct. 1658) dimidiam partem bibliothecæ suæ nobis legavit, alteram monasterio Engelbergensi. Inde veniunt codices **101** et **387** qui ipsius scuto gentilitio ornantur. **101** antea fuerat Benedicti Frantzen Bernensis, postea Solodorani cuius et multos alios libros typis impressos Jodocus acquisierat.

Augustinus II Reding fuit abbas 1670—1692. De quo confer Kirchenlexicon ed. II. 10, 876—78. Anno 1675 gymnasium Bellinzonense, ditionis Ticinensium in curam suscepit. Inde venerunt codices **308, 310** et **311**.

Anno 1679 P. Gabriel Bucelinus dono misit Galliam Marianam (nr. **352**.)

Anno 1683 P. Johannes Mabillon, præclarum lumen ordinis S. Benedicti cum socio suo P. Michaele Germano Einsidlam visitavit et multa e nostris codicibus hausit, quæ P. Placidus Reding, germanus abbatis Augustini in eius usus descripsit. Ipse primus edidit inscriptiones urbis Romæ e celeberrimo codice **326**, item scarapsum Pirminii (**199**, 461.) fragmenta annalium e codicibus **29** et **356** et quasdam vitas sanctorum.

Anno 1692 factus est abbas Raphael a Gottrau qui post sex annos resignavit. Ipsius opus sunt Apophtegmata nr. **67**. Anno 1693 Fr.

Demetrius Moos Fischingensis P. Sebastiano Reding obtulit nr. **442.** P. Marianus Schott bibliothecarius est auctor allegoriæ de sanctuario Einsidlensi nr. **424.**

Anno 1699 abs hæredibus Caspari Lang, decani Frauenfeldensis libri empti sunt inter quos nr. **447.**

Sæculo XVIII abbas Nicolaus II Imfeld (1734—1773) præsentem aulam bibliothecæ extruxit anno 1738. Ipsius insignia ad portam bibliothecæ spectantur. Hoc sæculo scripti sunt codices **381** anno 1728, nr. **429** anno 1788. Eodem anno nr. **245** ex S. Geroldo in Vorarlberg Einsidlam missus. P. Michael Dossenbach anno 1794 codici **307** indicem contentorum addidit et 1796 nr. **428** scripsit. Tempore revolutionis Gallicæ exules sacerdotes Gallici varios codices descripserunt, e quorum numero Petrus Julien est auctor nr. **21—24**. Fr. Valerius Bœhrer O. M. scripsit nr. **430,** J. Pierre Colmariensis nr. **431** et **432.**

P. Conradus Tanner, insignis theologus et 1808—1825 abbas Einsidlensis, antea per aliquod tempus bibliothecarius (Cf. Kirchenlex. 11, 1203—4) emit codices **450, 452, 460.** E. S. Geroldo Guillimanni chronicon (nr. **436**) retulit.

Nostro ævo inprimis nominandus P. Gallus Morel vir in omni fere rerum scientia eximius, de quo alibi fusius mentionem fecimus. (Allgem. d. Biographie 22, 220; Kirchenlex. 8, 1902.) Quæ ipse præstitit in bibliotheca augenda, ordinanda, describenda tanta sunt ut merito dixeris eum plus cæteris laborasse. Ipse catalogum codicum accuratum et fusum confecit, indices plures addidit. E tegumentis codicum variæ ætatis ac formæ lacinias ac fragmenta collegit, quæ nunc codices **360—376** constituunt, inter quos eminent Horatius Morelianus **361** et Isidorus Frowini **360.** Ipse comparavit codices **480, 485, 487** et alios, describi fecit **383, 456, 474.** De bibliotheca breves commentarios publici iuris edidit in Naumanni Serapeo I (1840) 348—352; 359—367. Cf. ib. 236—237. Catalogum codicum historicorum edidit in Pertzii Archiv VIII (1843) p. 736—749. Item Patrum latinorum catalogum edidit in Sitzgsber. d. k. Akad. ph. hist. Cl. 55. (Wien 1867) p. 243—261. Dolendum tamen, sicut iam supra notavi, quod interdum minus diligenter libros inspexerit, ita ut dictis eius fides sæpe haberi nequeat. Multa ex codicibus nostris excerpta cum viris doctis communicavit, inter quos eminent Böhmerus, Hagen qui hoc anno fatis cessit, Mone, Orellius, Pertzius et alii. Tandem P. Justus Landolt die 15 Novembris 1883 e vivis excedens bibliothecæ reliquit codices **470, 471** et plurimos alios parvi valoris.

Scripsi Kal. Jan. 1899.

AUCTORES ET OPERA QUORUM IN SEQUENTIBUS SÆPIUS FIT MENTIO.

Abaelardi, P. Opera, recensuit V. Cousin, adjuvantibus C. Jourdain et E. Despois. 2 vol. 4. Paris. 1849 et 1859.

— Ouvrages inédits, pour servir à l'histoire de la philosophie scolastique en France, publiés par M. Victor Cousin. 4. Paris. 1836.

d'Achery, L. Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum qui in Galliæ bibliothecis delituerant. Paris. 1655—77. 13 vol. 4.

— — Nova ed. ib. 1723. 3 voll. Fol.

Acta Sanctorum vide Bollandus.

Adrian, Catalog. codic. manuscriptor. Bibliothecæ Gissensis. Fcf. 1840.

Albertus Magnus, S., o. Præd., Episc. Ratisb., Opera. Stud. et lab. Petri Jammy. 21 vol. Lugd. 1651. Fol.

Alcuinus Flaccus Abb., Opera de novo collecta et illustrata cura et studio Abbatis Frobenii. 2 Tomi. Fol. Ratisbonæ 1777.

Allgemeine Deutsche Biographie. Lpzg. 1875 etc.

Ambrosii, S. Opera omnia ad Mss. Codices passim exacta curante A. Ballerini. Mediolani 1875. 6 vol. Fol.

Analecta Bollandiana. Paris 1882 etc.

Anzeiger für schweiz. Geschichte und Altertumskunde. Jahrg. I—XIV. Zürich 1855—68.

— *für schweiz. Altertumskunde.* (Fortsetzung obigen Werkes.) Zürich 1868 seqq.

— *für Kunde der deutschen Vorzeit,* hrsg. von H. v. Aufsess u. Fr. J. Mone. 8 Bde. München u. Karlsr., 1832—39. — Neue Folge. Nürnberg 1853—83. 4.

Archiv der Gesellschaft f. ältere deutsche Geschichtskunde. Hrsg. v. G. H. Pertz. Frankf. u. Hannover 1820—74. 12 Bde.

— *Neues, der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde.* Hannover 1876 seqq.

— *für schweizerische Geschichte,* herausg. von der Schweiz. Geschichtsforsch. Gesellschaft. 20 Bde. Zürich 1843—1875.

— *für schweiz. Reformationsgeschichte.* Herausg. auf Veranstaltung des schweiz. Piusvereins. Bd. 1—3. Soloth. 1868—1875.

Augustini, S. opera 11 vol. ed. Migne. Paris 1841—42. Sunt Patrologiæ tom. 32—47.

Bächtold, J., Geschichte d. deutschen Litteratur in der Schweiz. Frauenfeld 1887—1892.

Baronius, Card. *Cæsar* et *Raynaldus Odoricus.* Annales Ecclesiastici una cum critica historico-chronologica P. Antonii Pagii. Apparatus et indices. Lucæ 1738—56. 34 vol. Fol.

Bartsch K. Die altdeutschen Handschriften d. Univers. Bibl. in Heidelberg. Das. 1887.

Beda, Venerab., Opera omnia. 8 vol. Fol. Colon. Agripp. 1612.

— ed. Giles 12 vol. London. 1843—44.

Berger Samuel, Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge. Paris 1893.

Berichte über die Verhandlungen der königlich sæchs. Gesellschaft der Wissenschaften zu Leipzig. Philosophisch-historische Classe. Leipzig, 1849 seqq.

Bibliothek des Literar. Vereins in Stuttgart. Stuttg. 1842. seqq.

Bibliothèque de l'Ecole des Chartes. Paris 1839 seqq.

Blätter, hist. polit. f. d. kath. Deutschland v. Philipps u. Görres. München. 1838 seqq.

Boethius, Philosophiæ consolatio; rec. R. Peiper. Accedunt ejusdem opuscula sacra. Lipsiæ 1871.

Bollandus, *Joa.,* S. J. Acta Sanctorum quotquot toto orbe coluntur vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quæ ex Latinis et Græcis aliarumque gentium antiquis monumentis collegit, digessit, notis illustravit. Operam contulit G. Henschenius, Papebrochius et alii Theologi. (Jan.—Novemb. tom. II.) 62 vol. Antverpiæ 1643 seqq.

Bonaventuræ, *S.* Opera omnia. 7 vol. Romæ 1588—96. Fol.

Caspari, C. P. kirchenhistor. Anecdota. I. Lat. Schriften. Texte u. Anmerkgn. Christiania. 1883.

Catalogi codicum mss. bibliothecæ Bodleianæ, confecerunt H. O. Coxe, A. Hackman et G. D. Macray. Pars I—V. Oxonii 1853—78. 4.

Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques des départements. Paris, 1849—1878. 6 vol. 4.

Catalogus codicum hagiographicorum Bibl. reg. Bruxellensis ed. hagiographi Bollandiani. Pars I: Codices lat. membran. 2 vol. Brux. 1886—89.

— — latinorum antiquiorum sæc. XVI., qui asservantur in bibliotheca nationali Parisiensi ed. hagiographi Bollandiani. 3 Tomi. Paris. 1893.

— Manuscriptorum latinorum Bibliothecæ regiæ Monacensis. T. I. et II. Monachii 1858—81.

Centralblatt für Bibliothekswesen, hrsg. v. O. Hartwig. Leipz. 1884—98.

Chatelain E., Paléographie des classiques latins. Collection de fac-similés. Paris 1884—98.

Chevalier Ulysse, Repertorium hymnologicum. Catalogue des chants, hymnes, proses, séquences, tropes en usage dans l'Eglise latine, depuis les origines jusqu'à nos jours. Louvain 1889, 2 vol.

Chronique d'Einsidlen, ou histoire de l'abbaye princière, de la sainte chapelle, et du pélerinage de Notre-Dame des Hermites. Par un religieux capitulaire; à Einsidlen. 2 pties, 1787.

Concilia Germaniæ, quæ Joan. Mauritii sumptu J. F. Schannat magna ex parte prim. collegit, dein P. J. Hartzheim continuavit etc. Cum Indice ed. Hesselmann. 11 voll. Colon. 1759—90. Fol.

— sacrosancta ad regiam editionem exacta a Labbeo et Cossartio S. J. 15 partes in 16 voll. Paris. 1671—72. Fol.

Corpus scriptorum ecclesiast. lat., ed. Acad. Litt. Cæs. Vindob. Vindob. 1867 seqq.

Daniel H. A., Thesaurus Hymnologicus, 5 vol. Halis 1841—56.

Dantier, Alph. Rapports sur la corréspondance inédite des Bénédictins de Saint-Maur. Paris 1857.

Delisle, L. Le Cabinet des manuscrits de la Bibliothèque nationale. 4 vols. Paris. 1868—81. Fol.

Diöcesan-Archiv. Organ d. kirchl. histor. Vereins. Freib. 1865 seqq.

Ebert, A., allgem. Geschichte d. Litteratur des Mittelalters im Abendlande. 3 Bde. Lpz. 1880—89.

Edélestand du Meril, Poésies populaires latines antérieures au XII siècle. Paris 1843.

— — — du moyen âge. Ib. 1847.

— — — — — Ib. 1854.

Fabricius, J. A. Bibliotheca latina mediæ et infimæ ætatis. Cum suppl. Chr. Schœttgenii et Joa. D. Mansi. Post edit. Patav. anni 1754 nunc denuo emend., aucta, indicibus locupletata. 3 voll. Florentiæ 1858.

a Fanna, Fidelis, Ratio novæ collectionis operum S. Bonaventuræ. Taur. 1874.

Gerbert, M., Iter alemannicum, accedit italicum et gallicum. Editio secunda. San Blasii 1773.

Institutum fuerat iter anno 1760.

— Vetus liturgia Alemannica disquisitionibus præviis, notis et observationibus illustrata. 3 part. San Blas. 1776. 4.

— Scriptores ecclesiastici de musica sacra potissimum. 3 vol. Typis San Blas. 1784. 4.

— Monumenta veteris liturgiæ Alemanniæ. 4 partes. San Blasii 1777—79. 4.

— Historia nigræ silvæ, Ordinis S. Benedicti coloniæ. 3 voll. S. Blasii 1783—1788. 4.

Germania. Vierteljahrsschrift für deutsche Alterthumskunde. Begründet v. F. Pfeiffer. Fortges. v. Bartsch u. O. Behaghel. 37 Bde. 1856–92. Stuttgart u. Wien.

Der Geschichtsfreund. Mitteilungen des historischen Vereins der 5 Orte Luzern, Uri, Schwyz, Unterwalden und Zug. Einsiedeln 1843 seqq.

Glossen, die althochdeutsehen, ges. u. bearb. v. E. Steinmeyer u. Ed. Sievers. 4 Bde. Berl. 1879—1898.

Glossariorum lat. corpus a G. Lœwe incohatum auspiciis Societatis litter. reg. Saxonicæ comp., rec., ed. G. Gœtzius. Vol. I—III. Lips. 1888—92.

Goldasti ab Haiminsfeld rerum Alamannicarum scriptores. Edit. tertia cur. Senckenberg. Francof. et Lips. 1730. Fol.

Gottlieb, Th. Ueber mittelalterliche Bibliotheken. Leipzig. 1890.

Gottwald, P. Bened. Catalogus codicum manu scriptorum qui asservantur in bibliotheca monasterii O. S. B. Engelbergensis in Helvetia. 1891.

Graff, E. G. Diutiska; Denkmäler deutscher Sprache u. Litteratur aus alten Handschr. 3 Bde. Stuttg. 1826—29.

Hænel, Dr. Gust. Catalogi librorum manuscriptorum qui in bibliothecis Galliæ, Helvetiæ, Belgii, Britanniæ M. Hispaniæ, Lusitaniæ asservantur, nunc primum editi. Lipsiæ 1830. 4.

De codicibus Einsidlensibus tractatur col. 660—664, 742. Denuo idem recusum apud *Quantin,* Dictionnaire des Manuscrits. 2 vol. Paris, Migne 1853.

Hagen, Herm. Catalogus codicum Bernensium (Bibliotheca Bongarsiana) Bern. 1875.

— Carmina medii ævi max. partem inedita ex bibliothecis helvet. coll. Bern. 1877.

— Antike u. mittelalterl. Rätselpoesie. Neue Ausg. Bern. 1877.

— *Anecdota Helvetica.* Lipsiæ 1870. (Supplementum Keilii grammaticorum latin.)

Hain, Lud. Repertorium Bibliographicum in quo libri omnes ab arte typographica inventa usque ad annum MD typis expressi ordine alphabetico. Stuttgartiæ 1826—38. 4 tomi.

Haller, G. E. v. Bibliothek d. Schweizer-Geschichte u. aller Teile, so dahin Bezug haben. 7 tomi. Bern. 1785–88.

Halm, K., Verzeichn. d. älteren Handschr. latein. Kirchenväter in d. Bibl. d. Schweiz. Wien 1865. (Sitzgsber. d. k. k. Akad. 50.)

Hartel, Bibliotheca patrum lat. Hispaniensis, 6 Thle. Wien, Akad., 1886.

Hartmann, Chr. Annales Heremi Deiparæ matris monasterii in Helvetia Ordinis S. Benedicti antiquitate, religione, frequentia, miraculis toto orbe celeberrimi. Fribg. Brisg. 1612. Fol.

Heinemann, O. v., Die Handschriften d. hrzgl. Bibliothek zu Wolfenbüttel beschrieben. 7 Bde. Wolfenb. 1884—98.

Histoire littéraire de la France, par des religieux bénédictins de la Congrégation de St.-Maur. 31 vol. Paris. 1733—1893.

Jacobs, F. u. *F. A. Ukert*, Beiträge zur ältern Litteratur oder Merkwürdigkeiten der Herzog. öffentl. Bibliothek zu Gotha. 3 Bde. Leipzig 1835—43.

Jaffé, Ph. Bibliotheca rerum Germanicarum. 6 vol. Berol. 1864—73.

— et *W. Wattenbach,* ecclesiæ metropolitanæ Coloniensis codices manuscripti. 4. Berolini 1874.

Jahrbuch für Schweizerische Geschichte. Herausg. auf Veranstaltung der allgemeinen geschichtsforschenden Gesellschaft der Schweiz. Zürich. 1876 seqq.

Jahresbericht über die Erziehungsanstalt d. Benediktiner-Stiftes Maria-Einsiedeln im Studienjahre 1855 seqq. Mit e. Programm.

Julian, John. Dictionary of hymnology. London 1892. 4.

Katalog der Bürgerbibliothek in Luzern. Ib. 1840.

Keil, H. Grammatici latini. 7 vol. Acc. suppl.: Anecdota Helvetica ed. Hagen. Lipsiæ. 1857—1880.

Kirchenlexikon (Wetzer & Welte's), od. Encyclopädie d. kathol. Theologie und ihrer Hilfswissenschaften. 2. A., von Dr. Fr. Kaulen. Freiburg i. B. 1882 seqq. 10 Bde.

Kuhn, P. Albert. Der jetzige Stiftsbau Maria-Einsiedeln. Einsiedeln 1883.

Kühne, P. Benno. P. Gall Morel. Ein Mönchsleben a. d. XIX. Jahrh. Einsideln 1875.

Landolt, J. Ursprung und erste Gestaltung des Stiftes Maria-Einsiedeln. Einsideln 1845.

— Die Christianisierung d. Linth- und Limmatgebietes. Luz. 1867.

Leben und Wirken d. hl. Meinrad für seine Zeit und die Nachwelt. Eins. 1861.

Leu, H. J. Allg. Helvetisches, Eydgenössisches od. Schweitzer. Lexicon. 20 Bde. Zürich 1747—66. 4. Supplement von Holzhalb 6 Bde. Zug 1786—1795.

Liliencron, R. v. Die historischen Volkslieder der Deutschen vom 13—16. Jahrh., 4 Bde. u. Nachtrag. Lpz. 1865—69.

Lütolf, Al. Die Glaubensboten der Schweiz vor St. Gallus. Forschungen u. Quellen zur Kirchengeschichte d. Schweiz. Luz. 1871.

Maassen, Friedr. Bibliotheca latina juris canonici manuscripta. 1. Thl. Die Canonensammlgn. vor Pseudoisidor. Sitzgsber. d. kais. Akad. Bd. 56. Wien 1867.

Mabillon, J., ord. S. Bened., Vetera analecta s. collectio vet. operum, cum itinere germ. Nova edit. Paris. 1723. Fol.

Mabillon, J., Annales Ordinis S. Benedicti in quibus non modo res monasticæ sed etiam ecclesiasticæ historiæ non minima pars continetur. Lucæ 1740. 6 vol. Fol.

— Museum Italicum seu collectio veterum Scriptorum ex Bibliothecis Italicis. Lutetiæ Paris. 1724. 2 vol. 4.

— Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti in sæculorum classes distributa. Colleg. L. D'Achery et cum eo edid. J. Mabillon. Sæc. I—V. in 7 voll. Lutet. Paris. 1668—85. Fol.

— *Iter germanicum.* ed. Jo. Alb. Fabricii. Hamburgi 1717.

Mai, Aug. S. R. Em. Card. Patrum nova Bibliotheca. Romæ 1854. 7 vol. 4.

Marzohl, J. u. *J. Schneller*, Liturgia sacra, oder d. Gebräuche u. Altertümer d. kathol. Kirche samt ihrer hohen Bedeutung. Lucern. 1834—43. 5 Bde.

Meier, P. G., Heinrich v. Ligerz, Bibliothekar von Einsiedeln im 14. Jahrh. Leipz. 1896.

Meyer v. Knonau, Gerold. Kanton Schwyz. (Gemälde d. Schweiz V.) St. Gallen u. Bern 1835.

P. 254—255 de bibl. Einsidlensi.

Migne, Patrologiæ cursus completus. Patrologie grecque comprenant les pères, docteurs et écrivains de l'église grecque depuis les temps apostoliques jusqu'au delà du concile de Florence. Texte grec et traduction latine. 161 vol. Paris 1857—86. 4.

— Patrologiæ latinæ cursus completus s. bibliotheca Patrum latinor. ab ævo apost. adusque Innocentii III. tempora. 221 voll. Paris 1844—55. 4.

S. Augustini opera quæ sunt Patrologiæ latinæ voll. 32—47 ita indicantur ut T. I significet vol. 32 patrol. etc.

Mitteilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich. Zürich. 1841 seqq. 4.

Mitteilungen zur vaterländ. Geschichte. Herausg. vom histor. Verein in St. Gallen. St. Gallen 1862 seqq.

Mombritius, Bon., Sanctuarium seu vitæ sanctorum. 2 voll. s. l. e. a. (Mediolani c. 1479. Hain 11,544.) Fol.

Opus rarissimum ad manus non habui.

Mone, F. J. Schauspiele d. Mittelalters. Aus Handschriften herausgegeben u. erklärt. 2 Bde. Karlsr. 1846. Neue Ausgabe, Mannheim 1852.

— Quellensammlung der badischen Landesgeschichte. Bd. I—IV, Lfrg. 1. 4. Karlsruhe. 1848—67.

— Latein. Hymnen des Mittelalters, a. Handschr. herausg. u. erklärt. Frbg. 1853—55. 3 Bde.

Monumenta Germaniæ historica inde ab anno 500 usque ad annum 1500 ed. G. H. Pertz. Hannov. 1826 seqq. Fol. et 4.

Morel, P. Gall. Geschichtliches über d. Schule in Einsiedeln. ib. 1855. (Jahresbericht über d. Erziehungsanstalt.)
— Mechthild v. Magdeburg, Offenbarungen od. d. fliessende Licht der Gottheit, aus der einzigen Hdschr. d. Stiftes Einsiedeln hsg. Regsb. 1859.
— Lateinische Hymnen des Mittelalters. Einsied. 1866—68.
— Einsiedler-Handschriften der Lateinischen Kirchenväter bis zum IX. Jahrhundert. Supplement zu K. Halm: Verz. der ältern lat. K. V. in den Bibl. d. Schweiz. Wien 1867. (Aus d. Jännerhefte d. Jahrg. 1867 d. Sitzungsber. d. philos.-hist. Classe d. kais. Akad. d. Wissensch. LV. B. S. 243—261.)
— Die Regesten d. Benediktiner-Abtei Einsiedeln. Chur 1848. 4.
v. Mülinen, E. F. Helvetia sacra, od. Reihenfolge der kirchl. Obern u. Oberinnen in den schweiz. Bistümern, Collegiatstiften u. Klöstern. 2 Bde. Bern 1858—61. Fol.
— Prodromus einer schweizerischen Historiographie. Bern 1874.
Muratori, L. A. Rerum Italicarum Scriptores ab a. D ad MD. 25 tom. Mediol. 1723—51. — Tartini, J. M. Rerum italicarum scriptores ab a. M ad MDC. 2 vol. Florent. 1748—70. — Mitarelli, J. B. Ad scriptores rer. ital. Muratorii accessiones hist. Faventinæ. Venet. 1771. Fol.
Mussafia, A. Studien zu den mittelalterlichen Marienlegenden. 4 Thle. Wien. Akad. 1886—91.
Naumann, A. G. R. Serapeum, Zeitschrift für Bibliothekwissenschaft, Handschriftenkunde u. ältere Litteratur. 31 Jahrg. Lpz. 1840-70.
— Catalogus librorum manuscript., qui in Bibliotheca Senatoria civit. Lipsiensis asservantur. Cum 15. tab. lith. Lipsiæ 1838. 4.
Calmet, Aug. Ord. s. Ben. Abb. Senon. Diarium Helveticum. Einsidlæ 1756.
Canisii, H., Noviomagi. Antiquæ lectionis tomi sex in quibus antiqua monumenta ad historiam mediæ ætatis illustrandam nunquam edita notis illustrantur, etc. Ingolstadii, 1601—1604, 6 vol. 4.
Neugart, T. Codex diplomaticus Allemanniæ et Burgundiæ transjuranæ intra fines diœcesis Constantiensis 2 voll. St. Blas. 1795—96. 4.
— Episcopatus Constantiensis Alemannicus sub Metropoli Moguntina chronol. et diplomat. illustr. 2 voll. S. Blasii et Friburg. 1803—62. 4.
Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque nationale. Paris 1787 seqq. 4.
Omont, H. Catalogue des manuscrits grecs des bibliothèques de la Suisse. Leipzig. Centr. f. Biblw. 3 (1886.) 385.
Petzholdt, J. Anzeiger für Bibliographie u. Bibliothekswissenschaft. 1840-55.
— Neuer Anzeiger 1856—86. Dresd. u. Stuttg. 1840—86.

Pezius, Bern. O. S. B. Thesaurus anecdotorum novissimus, s. vet. monumentor., præcipue ecclesiast. collect. 6 Tom. à 3 part. Aug. V. et Græcii 1721—1729. Fol.

Pfeiffer, Franz. Deutsche Mystiker des 14. Jahrhunderts. 2 Bde. Lpzg. 1845—57.

Pilger, der, ein Sonntagsblatt. Einsid. 1842—9. 4.

Potthast, Aug. Bibliotheca histor. medii ævi. 2 vol. Ed. 2. Berlin 1896.

Quellen zur Schweizergeschichte. Herausgegeben von der Allgemeinen Geschichtsforschenden Gesellschaft der Schweiz. Basel 1877 seqq.

Rahn, J. Rud. Geschichte der bildenden Künste in der Schweiz bis zum Schlusse d. Mittelalters. Zürich 1876.

— Das Psalterium Aureum von St. Gallen. Beitrag zur Geschichte der Karoling. Miniaturmalerei. St. Gallen 1878. Fol.

Regesta pontificum Rom. ab condita ecclesia ad a. 1198, ed. Ph. Jaffé. Ed. 2. S. Löwenfeld, Kaltenbrunner et Ewald. 2 voll. 4. Lps. 1885—88.

— inde ab a. post Chr. n. 1198 ad a. 1304, ed. A. Potthast. 2 voll. 4. Brl. 1874—75.

Régnier, Jos. Chronique d'Einsidlen. Paris 1837.

Revelationes Gertrudianæ ac Mechtildianæ. Opus ad codicum fidem nunc primum integre editum Solesmensium O. S. B. Monachorum cura et opera. 2 vol. Pictavii, Paris. 1875—77.

Ringholz, P. O. Des Benedictinerstiftes Einsiedeln Thätigkeit f. d. Reform dtschr. Klöster vor dem Abte Wilhelm v. Hirschau. Freib. 1886.

— Wallfahrtsgeschichte Unserer Lieben Frau von Einsiedeln. Freib. 1896.

Rohault de Fleury. La Messe. 8 vol. Paris 1883—94. 4.

— Les Saints de la Messe. 5 vol. Paris. 1894 seqq. 4.

Rose, Valent. Verzeichnis d. lat. Handschr. d. königl. Biblioth. zu Berlin. Ib. 1893. 4. (Handschr. Verz. d. k. Bibl. Bd. 12.)

Rossi, de G. B. Inscriptiones christianæ urbis Romæ septimo sæculo antiquiores. T. I et II. Romæ 1857—1889. Fol.

Ruinart, P. Theod. Acta Martyrum. Editio recusa. Ratisbonæ 1858.

Schenkl, H., Bibliotheca patrum latinorum Britannica. 3 Thle. Wien, 1890—91.

Scherrer, G., Verzeichnis der Manuscripte und Incunabeln der Vadianischen Bibliothek in St. Gallen. St. Gall. 1864.

— Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek v. St. Gallen. Halle 1875.

Schmid, P. Hugo, Catalogus codd. MSC. monast. Cremifanensis. T. I. Fasc. 1—3. Lentii 1877 seqq.

Schubiger, P. Ans., Die Sängerschule St. Gallens vom 8. bis 12. Jahrhundert. Einsiedeln. 1858.
— Die Pflege des Kirchengesanges und der Kirchenmusik in der deutschen kathol. Schweiz. Einsiedeln. (1873.)
— Musikalische Spicilegien. (Publikation älterer praktischer u. theoret. Musikwerke Bd. 5.) Berlin 1876.
— Heinrich III. v. Brandis, Abt zu Einsiedeln u. Bischof z. Constanz u. s. Zeit. Freib. 1879.
Schweizerblätter, kathol. für Wissenschaft und Kunst. Schwyz u. Luzern. 1859 seqq.
Sinner, J. R. Catalogus codicum mss. bibliothecæ bernensis. Annotationibus criticis illustratus. 3 vol. Bernæ 1760—72.
v. Sinner, Ludw. Bibliographie d. Schweizergeschichte oder Verzeichnis der seit 1786 bis 1851 über die Geschichte d. Schweiz erschienenen Bücher. Bern 1851.
— Rapport adressé à M. le Ministre de l'instruction publique sur un voyage historique et littéraire dans quelques cantons de la Suisse. (Paris 1846.)
Sitzungsberichte d. philos.-philol. u. histor. Classe d. k. b. Akademie d. Wissenschaften zu München. 1861 seqq. München.
— der kais. Akad. d. Wissensch. in Wien. Philos.-histor. Classe. Bd. 1 etc. Wien 1848 seqq.
Steinmeyer E. u. Sievers. Althochd. Glossen. v. supra Glossen.
Studien u. Mitteilungen aus dem Benedictiner- u. Cistercienser-Orden, herausg. v. Kinter. Brünn 1880 seqq.
Surius, Historiæ seu Vitæ Sanctorum. Coloniæ Agripp. 1576—81. 6 vol. Fol.
Tabulæ codd. mss. præter græcos et orientales in Bibliotheca Palatina Vindobonensi asservatorum. Ed. Academia Cæs. Vindobon. 1864—93.
Teuffel, W. S. Geschichte der römischen Litteratur. 5. Aufl. v. Ludw. Schwabe. Lpz. 1890. 2 vol.
Usener, Herm. Anecdoton Holderi. Bonn. 1877.
Zeitschrift für deutsches Alterthum. Hrsg. v. M. Haupt. etc. Berlin. 1841 seqq.
— f. die Geschichte d. Oberrheins, hrsg. v. Mone. etc. Karlsr. 1850 seqq.
Ziegelbauer, M. Historia rei literariæ ordinis S. Aenedicti. Recens., auxit O. Legipontius O. S. Ben. 4 tom. Aug. Vind. et Herbipoli. 1754. Fol.



I. S. BIBLIA.

1 (Folio Regali duplici Num. 148) **Biblia.**

S. XI vel XII. Membr. 480 × 375. — 484 folia non signata. Quaterniones signantur 1—LX. — Codex omnium maximus. Folia 2. 5. 8 scripta sunt manu sæc. XIV. In fine librorum Moysis, Josue et Iudicum variæ figuræ hominum, nativitas Christi et alia delineantur. Singulis evangeliis præmittitur in pagina integra imago evangelistæ sub arcu sedentis, satis rude depicta. Litteræ initiales sæpissime colore rubeo viridi et cœruleo ornantur. H. de Ligertia in tegumento anteriore et folio primo indicem librorum adscripsit et hinc inde maniculas. Cf. H. v. Ligerz, Bibliothekar v. Einsiedeln im 14. Jahrh. v. P. G. Meier. Leipz. 1896. p. 14. 16. 36. 42.

F. 1' vacat. F. 2—4': «Incipit epistola *S. Ieronymi* presbiteri ad Paulinum de omnibus divine historie libris. Frater Ambrosius tua mihi . . . esse moriturum. Explicit.»

F. 4'—5: *«Item prologus Hieronymi presbiteri in Penthateuchum.* Desiderii mei . . . transferre sermonem. Explicit prologus. Incipit Liber Genesis. In principio . . .»

Novum Testamentum præcedunt *Canones Evangeliorum Eusebii* sub arcubus eleganter depictis, editi Migne, P. l. 29, 531—542.

Evangelium Johannis sequitur *Capitulare evangeliorum de anni circulo,* dein *Lectiones evangelii de diversis causis:* Pro ubertate pluviæ etc., *capitula actuum apostolorum, epistolæ Iacobi, S. Petri, Iohannis, Iudæ, Pauli et Apocalypsis.*

Prologi et argumenta librorum sacrorum typis edita sunt in multis s. scripturæ editionibus sæculi XV et alibi.

Capitulare evangeliorum in plurimis evangeliorum libris invenitur et aliquoties in lucem editum est. Cf. Corssen, Die Trierer Adahandschrift. Leipz. 1889. p. 41. — S. Berger, Histoire de la Vulgate. Paris 1893. 285—286.

Cf. Gerbert, Iter alemannicum (1765) p. 192; ed. 2a (1773) p. 204. — Morel, Eins. Handschr. d. l. K. V. 254. — R. Rahn, Geschichte der bild. Künste in d. Schweiz 304—5; 307. — S. Berger, l. c. 132. 332. 363. 382.

2 (Fol. Nr. 113) **Biblia.**

S. XV. (1420) Membr. 355 × 250. 706 pag. Binæ columnæ. Quinterniones signantur I—XXXII. Sæpe etiam folia quinternionum signantur 1—5 vel I—V. — Tabulæ ligneæ corio rubeo obductæ, clavis et umbilicis ornatæ.

Initia librorum ornantur litteris initialibus eleganter depictis.

P. 1—640: *(Biblia latina vulgata cum prologis S. Hieronymi.)* «*Incipiunt prologi S. Ieronimi in Penthateucum Moysi legislatoris.* Frater Ambrosius tua mihi . . . omnibus vobis. Amen. Finito libro sit laus et gloria Christo. A. de B. Finitus est liber Bibliotece in die sancti

Wenceslai. Anno domini Millesimo Quadringentesimo XX⁰. Et eodem anno Rex ungarie circumualawerat Pragam in Centenis millibus equitum exceptis peditibus vbi deus manifeste dominico die post Margarete in monte qui cognominatur Witkow eius multitudinem con[servabat] per suos fideles minimos in eum sperantes.»

Evangelia sequuntur epistulæ S. Pauli, quas excipiunt actus Apostolorum, epistulæ canonicæ etc.

Cf. S. Berger, Notice sur quelques textes latins inédits de l'ancien Testament. (Notices et Extraits 34,2.) 127—129.

P. 517, 532—533, 542—543 *argumenta in Matthaeum, Marcum et Lucam:* «Matheus ex Iudea sicut . . . non tacere.» «Marcus evangelista dei electus . . . prestat deus est.» «Lucas Syrus nacione Antiocensis arte medicus . . . fastidientibus prodesse.» Reedita ex Maii collect. nova T. IX apud Migne, P. l. 103, 273—274; 279—280; 285—286. — Argumentum in Lucam et in codice Berolinensi 12 (Rose p. 13.) etiam editum inter opera S. Hieronymi ed. Migne 30, 643—644.

P. 607 prologus in actus Apostolorum: «Lucas Antiocensis nacione sirus cuius laus . . . proficeret medicinam» ut in codice **176**, 103.

P. 641—694: [*Interpretatio nominum hebraicorum.*] «Aaz, apprehendens vel . . . Zuzim consiliantes eos vel consiliatores eorum. *Expliciunt Interpretationes.*«

Edit. inter opera Bedæ. Edit. Colon. 1612. 3, 371—480. Idem infra **26**, 296' et **365**, 127 et sæpe in codicibus. Sunt qui attribuant Remigio Autissiodorensi. — Cf. Fabritius, Bibl. lat. 3, 369. — Hist. littér. 6, 114. — Mearne in Catalogo Oxoniensi Digbeiano Pars. 9. Oxonii 1883 p. 147. nr. 149, 2.

P. 695—703: «*Incipit registrum super Epistolas et ewangelia per circulum anni. Dominica prima in Adventu . . . vivet in eternum.* Joh. VI.»

P. 704—705: [*Canon Missae cum aliis orationibus* usque in finem Missæ. Differunt aliquantum a modernis. Præfatio communis, item de s. spiritu, de trinitate.]

P. 706. [*Missae de sancto spiritu, de sancta trinitate, de corpore Christi.*]

Pars ultima folii excisa et denuo resarcinata.

P. 138 in margine manu coæva additur in librum I. Regum cap. II, 3: *canticum Annæ:* „*Alia translatio.* Nolite gloriari scribe . . . cornu Christi sui.“ Edidit ex hoc codice Sam. Berger. l. c. 128. Cf. ib. p. 127: „La décoration en est absolument bohême. On y admire de ravissantes initiales ton sur ton, de couleurs rose, vert tendre et lilas clair, dans lesquelles nous reconnaissons l'art des peintres de la Bohême.“

In latere interiore tegumenti antici legimus: „Illustris et generosus comes dominus Henricus a Lupffen dono dedit hæc præclaræ et venerandæ antiquitatis sacra Biblia anno Dni conscripta 1420, scilicet ex primario suo castro Hëwen, Wolfgango Kellero Engentino, tunc temporis ecclesiæ in Engen Catholico Presbytero et concionatori, ipsa die coenæ Domini quæ erat 12 Aprilis anno nostræ salutis 1571.“

3 (Fol. Nr. 133) **Biblia I.**

S. XV. Chart. 310 × 210. 762 paginæ (recte 764, quia 358 omittitur, 714, 715, 716 bis numerantur.) Primum et ultimum folium vacuum non numeratur. Inter p. 226 et 227 folium minus insitum est. Binæ columnæ. Sexterni non signantur. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

Litteræ initiales depictæ frequentes sed rudes.

Continet hic tomus libros historicos veteris testamenti cum præfationibus S. Hieronymi.

In operculo posteriore manu S. XV sex versus de S. Anna: „Anna solet dici . . . aquilamque Johannem.“ Iidem versus sæpissime in codicibus inveniuntur v. gr. Engelbergensibus 102, 128, 319. In cod. Metensi 620. Ed. Cat. génér. des MSS . . . des Dépts. V. p. CXXXI. — Katholik. 3 Folge 7. Mainz 1893 I. p. 15.

---

4 (Fol. Nr. 134) **Biblia II.**

S. XV. Charta 310 × 210. 806 paginæ, recte 749 quia 435—492 et 525 omissæ, 225 bis numeratur. In summitate paginarum supersunt vestigia numerorum paginarum singulorum sexternionum. Quoad cætera codex iste per omnia similis præcedenti, cuius est continuatio. Continet primum libros novi testamenti, dein veteris illos qui desunt in Nr. **3** excepto psalterio.

In operculis fragmentum diplomatis germanici Sculteti Tuttlingensis de anno 1441.

---

5 (Fol. Nr. 157) **S. Bibliæ vol. I.**

S. X. Membr. 284 × 195. 612 paginæ (recte 614 quia 221 ter numeratur.) Quaterniones signantur A—Z et dein I—XV.

H. de Ligertia sæpe maniculas et voculas adpinxit.

Præsens liber cum duobus sequentibus totam bibliam complectitur. Numeri I—VIII in margine hinc inde appositi indicant eorum usum pro lectionibus matutinis in choro sicut et in codicibus **41, 42, 256** et **257** qui fere eiusdem ætatis et formæ omnes simul completum librum officii ecclesiastici constituebant.

P. 2—612: «*Incipit prologus Hieronimi presbiteri in Pentateuchum.* Desiderii mei . . . prophetarum misit angelum.» Ordo librorum est: Libri Moysis, Josue, Judicum, Ruth, Jeremias, actus apostolorum, epistulæ catholicæ, apocalypsis, quæ desinit abrupte cap. 22, 6, ultimo folio deficiente.

P. 1 vestigia veteris rubricæ de legendis libris s. scripturæ: „In primis in Septuagesima . . . ante Pentecosten.“

Manu P. Michaëlis Dossenbach: „Sub Jnitia Sæculi X. Ex opinione Doctissimi ac Clarissimi D. Professoris Schœpflin Argentaniensis.“

Cf. Berger, Hist. de la vulgate 132—133, 338, 382. — Bäumer, Geschichte des Breviers, Freibg. i. B. 1895, p. 333. 336.

---

6 (Fol. Nr. 158) **S. Bibliæ vol. II.**

S. X. membr. 284 × 190. 524 pp. Hinc inde vestigia paginationis antiquioris inveniuntur. Quaterniones signantur A—Z et I—VI.

Præcedenti volumini per omnia similis.

P. 1. (manu s. X *rubrica de lectionibus)*: «In dominica prima mensis Novembris ponunt . . . in septuagesimam.»

P. 2—521: «*Incipit prologus in Ezechielem prophetam.* Ezechihel propheta cum Joachim . . . in bonum. Amen. *Explicit liber Esdrae et Neemiae.*»

Ordo librorum: Ezechiel, Daniel, XII prophetæ, Isaias, epistulæ Pauli, paralipomenon, Esdras.

---

7 (4 Nr. 50) **Bibliæ vol. III.**

S. X. Membr. 247 × 180. 305 folia (recte 313 quia 213 omittitur, 36, 51, 52, 91, 92, 114, 165, 273, 303 bis numerantur.) Hinc inde vestigia paginationis antiquioris apparent. Quaterniones, quarum prima deest, notantur b—z, I—XVI.

H. de Ligertia hinc inde maniculas apposuit.

Etsi forma exterior codicis non bene congruat præcedentibus, tamen scriptura plane convenit.

F. 1—305': «norum quinque anos aureos facietis . . . et canticis admouebant.» Desinit abrupte, ultimo folio exciso. Incipit 1 Reg. 6, 5 et desinit 2 Machabæorum 15, 25.

Iste est ordo librorum: regum, proverbia, ecclesiastes, canticum canticorum, sapientiæ, ecclesiasticus, Job, Tobiæ, Judith, Esther, Machabæorum.

Distinctio capitum sæpe differt a vulgata.

Cf. Berger l. c. 13—133. 338. 382.

---

8 (Fol. Nr. 114) **Lectionarius. Vol. I.**

S. XII. et XV. Membr. 345 × 253. XII paginæ et 241 folia. Quaternionum nulla vestigia. Plures litteræ initiales eleganter delineatæ sunt. Neque libri s. scripturæ neque homiliæ SS. patrum neque vitæ sanctorum hic integræ exhibentur, sed tantum eorum fragmenta, qualia in choro legi solita. Quare non operæ pretium duxi circa auctores etc. accuratius investigare præsertim cum fere eadem in codicibus **11**, **42** et **83** inveniantur. — In marginibus notantur dies et numeri lectionum.

P. I—XII (manu S. XV.) *Kalendarium* in quo notanda 11 Febr. et 8 Apr. abbates Werandus et Hermannus. 7 Jan. Dedicatio ad S. Mariam Magdalenam. 7 Junii Dedicatio ecclesiæ S. Meginradi. 12 Aug. Dedicatio capellæ S. Joh. Bapt. et Oswaldi. 13 Oct. item huius ecclesiæ. 1 Oct. Translatio S. Adel[rici]. 6 Oct. Relatio S. Meginradi.

F. 1—241: *Lectionarium* initio et fine mutilum. F. 1—223 S. XII, cetera manu S. XV.

Incipit abrupte f. 1—2: «[sapienti]or es tu Daniele . . . et scient quia ego dominus.» Ex Ezechiele propheta 28,3—29,16.

F. 2—21' *Liber Esaiae prophetae.* F. 21—52' *Epistolae ad Romanos, ad Corinthios* I et II, *ad Galatas.* F. 52'—88' *Libri Geneseos et Exodi.* F. 88—99 *Jeremias,* 100—116 *Actus apostolorum.* F. 116 *In vigilia S. Andreae apostoli.*

Hæc tantummodo videntur esse alicuius momenti: F. 117—118: «*Passio S. Andreae apostoli.* Passionem s. Andreæ quam oculis nostris . . . homines perdiderant reparauit.»

F. 119—120: «*Incipit vita S. Nicolai.* Nicolaus itaque ex illustri . . . gratiæ dei tribuit.»

F. 120—121': «*Incipit passio S. Luciae virginis.* Cum per uniuersam prouinciam Siciliam . . . mei unquam suscepi.» Idem ex codice Trecensi edidit Aug. Beaugrand, Ste Lucie vierge et martyre. Paris 1882. Annexes p. LXI—LXIII. Cf. ib. p. CIX—CX. — Idem Surius, De prob. SS. vitis 13 Dec. p. 247.

F. 127—128: «*Passio S. Thomae apostoli.* Cum apostolus Thomas . . . autem conuiuæ stupuerunt.»

F. 138—139: «*De S. Johanne.* In illo tempore quo sancti apostoli . . . latronum manu occupat.»

F. 143—144': «*Incipit vita S. Silvestri papae.* Siluester igitur urbis . . .»

Ut in cod. **249**, 1 ter.

F. 160'—161': «*In natali S. Herhardi episcopi. Sermo in natali unius pontificis . . .*»

F. 164—165': «*Incipit passio S. Sebastiani martiris.* Sebastianus uir christianissimus. . . . suum amorem induxit.»

Ut **249**, 300.

F. 166: «*In natali S. Meginradi martiris. Sermo B. Maximi episcopi in natali unius martiris.*»

F. 168—169': «*Passio S. Vincentii martiris.* Probabile satis est . . . ipse puniaris.»

Ut **249**, 392.

F. 172—172': «*Passio S. Agnetis virginis.* Seruus Christi Ambrosius uirginibus sacris. Diem festum . . . blandientem animo deridebat.»

Ut **249**, 363; **256**, 145.

F. 174—175': «*Sermo B. Augustini in purificatione S. Mariae.* Exultent uirgines uirgo peperit . . . saluare Jesus Christus . . .»

Ineditus (?) ut **42**, 161—164, sed non verbatim.

F. 175'—176: «*Sermo B. Ambrosii episcopi.* Et ecce homo erat . . numerum designare.»

Ut **42**, 162—163. non tamen ad verbum.

F. 177—178': «*Passio s. Agathae virg.* Agathes quæ passa . . . uita eorum.»

Ut **256**, 162.

F. 185'—187: «*Vita S. Gregorii papae.* [auctore Joanne diacono.] Gregorius genere romanus . . . aut dictaret.» ed. Bolland. Acta SS. 12 Martii 2, 138—139. Nr. 1—9.

F. 187—188': *Vita S. Benedicti* [auctore Gregorio].

F. 216—217': «*Passio S. Marci evangelistae.* Per idem tempus quo . . . et laudibus dominum.»

F. 220—221: «*In inventione S. Crucis.* Post resurrectionem domini . . . mihi ne commouear.»

Ut **41,** 63—64 et **83,** 201'.

F. 222—224: «*Sermo in dedicatione ecclesiae.* Recte festa ecclesiae colunt . . . facie ad faciem.»

Ut **42,** 264—265. Maximi Taurinensis in append. Ser. 19. ed. Migne 57, 83—85. — Augustini sermo 231 in Append. Ed. Migne 5, 2171—2172.

F. 224—241 manu S. XV.

F. 224—226 iterum *vita S. Gregorii* fere ut f. 185'. F. 226 *vita S. Benedicti* ut supra 187.

F. 228—229: «*Incipit hystoria de visitacione beate Marie virginis.* (Q)vamquam fratres karissimi huius diei . . . totis precordiis exulto.»

F. 229—233': «*Omelia beati Ambrosii.* (M) orale est omnibus . . . pariendi tempus impleretur.»

Ut **41,** 248—250'.

F. 233'—235': «*In die presentacionis Marie.* (E)o tempore quo beata Anna . . . deum inuenit gratiam.»

Historia apocrypha de infantia salvatoris.

F. 236'—238: «*Incipit historia de corpore Christi. Lectio prima.* (S)i dominum in sanctis eius . . . se in cibum. Tu autem.»

F. 238—239: «*Omelia beati Augustini episcopi.* . . . (C)um enim cibo et potu . . . viuet in eternum.»

Tractatus 26 in Joannem. c. VI. nr. 17—19. Ed. Migne, 3, 500—501.

Desinit abrupte.

F. 96—99 lamentationes Jeremiæ neumatibus signantur.

Cf. Morel, Eins. Handschr. d. l. K. V. 246, 249, 259. — Bäumer, Katholik 3. Folge 2 Mainz 1890 II. 512.

In operculo posteriore fragmentum diplomatis germanici S. XV.

---

9 (Fol. Nr. 112) **Lectionarius. Vol. II.**

S. XII. Membr. 322 × 256. 221 folia, immo 222 quia 194 bis numeratur. Quoad cætera per omnia similis præcedenti volumini, cuius est continuatio. Mancum ab initio et in fine.

F. 1—113': (*Excerpta ex S. scriptura; actus apostolorum, epistula S. Jacobi, apocalypsis, libri I—II regum, parabolae Salomonis, canticum canticorum, Job, Tobias, Judith, Esther, Machabaei, Ezechiel.*)

F. 113'—139': (*Sermones de tempore a Dominica I. post ascensionem usque in adventum,* fere ut **41,** 88' seqq. et **83,** 304'.)

F. 139'—220. (*De sanctis.* Hæc speciatim notanda sunt:)

F. 139'—141: «*Sermo B. Gregorii papae in natali S. Barnabae apostoli.* Qui locum prædicationis . . mercedem robustius tendatur.»

Fragmentum homiliæ 17 in evang. nr. 4—7. Ed. Migne, P. l. 76, 1140. C — 1142. A.

F. 141—141': «*Omelia beati Gregorii papae.* Dominus et saluator noster . . . taciturnitas addicat.»

Ib. 1—3. l. c. 1139.

F. 146'—147': «*Sermo B. Johannis episcopi in festivitate S. Pauli.* Beatus Paulus qui tantam uim . . . ad ipsius uoluntatem.»

Est *Bedae* ed. Colon. 1612 6, 831—832. Deest apud Giles.

F. 160—161.: «*De s. cruce.* Tempore illo postquam Constantino . . . caput illius amputauit.» Idem in codd. **41,** 250 et partim **83,** 346; item in codice Engelbergensi 2, 110—111. Edit. apud Mombritium T. I.

F. 163—165: «*Passio S. Mauricii sociorumque eius.* Sanctorum passionem martyrum . . . in cœlis dominum deum sabaoth.» Eucherii Nr. 2—9 ed. Acta SS. Bolland. 22. Sept. VI. 342—343. — Mon. Germ. Script. Merov. III 32—37. Cf. ib. 23.

F. 193—194': «*Incipit vita S. Viti martyris.* In prouintia Lycia sub tempore . . . participem sanctorum tuorum.»

Ut **248,** 2.

F. 194'—195: «*Passio sanctorum Johannis et Pauli.* Julianus ergo Cæsar . . . ad laudem dei.»

Ut **256,** 230 verbis paulatim mutatis.

F. 195—196: «*Passio S. Jacobi apostoli.* Apostolus domini Jacobus . . . quos ei tulisti.»

Fere ut **83,** 338' et **256,** 47.

F. 196—197': «*Passio S. Afrae martyris.* Apud prouintiam Regenas in ciuitate . . . et sic ad Christum perrexerunt.»

Ut **263,** 117—121. Differt satis ab editione inter Acta SS. 5. Aug. 2, 55. — Mon. Germ. Script. Meroving. III. 61—64. Cf. ib. p. 45.

F. 197—199: «*Passio S. Cyriaci martyris.* Quodam tempore nuntiatum . . . libamina diis obtulerit.»

Convenit fere cum vita SS. Marcelli etc. ut habetur **295,** 103—107.

F. 199—200: «*Passio S. Bartholomei apostoli.* Indiæ tres esse . . . hominem uicerat suadendo.»

Ut **256,** 81.

200'—201': «*Passio S. Pelagii martyris.* Tempore Numeriani imperatoris . . . hic uir dei.»

Ed. partim, fine dempto Acta SS. Boll. 28 Aug. VI. 161—162 E.

F. 201'—203: «*Vita Verenae virginis.* Uitam gloriosæ uirginis . . . portio gregis Christi.»

Ut **257,** 407.

F. 203—204': «*Passio sanctorum Felicis et Regulae.* Tempore illo beatissimus Felix . . . hominibus bonæ uoluntatis.» Ed. Acta SS. Boll. 11. Sept. 3, 772—774.

F. 204'—206: «*Passio S. Mathei Apostoli.* Quoniam deo cura est de . . . oculos nec commoueri.»

Ut **256,** 94.

F. 206—207: «*Vita S. Hieronimi prespiteri.* Ieronimus noster in oppido hystridonis . . . Constantinopolitanæ urbis epum.» Fragmentum editionis apud Migne, P. l. 22, 175—178.

F. 207—208': «*Vita S. Leodegarii Martyris auctore Ursino.* Igitur beatus Leodegarius . . . zizania discordiæ seminare.»

Ed. Acta SS. Boll. 2. Oct. 1, 485—486 Nr. 1—7.

F. 208'—210: *Vita S. Dionisii* episcopi: «Magnum et admirabile donum . . . conuertit ad Christum.»

F. 210—211: [*Walahfridi*] «*Vita beati Galli confessoris.* Cum præclara sanctissimi uiri . . . circumpositas nationes oportuna.» Lib. I. cap. 1—3.

Ut **257.** 297. Edit. Thuli. p. 6—9. Migne, P. l. 114, 979—981.

F. 211—212: «*Passio S. Januarii Martyris.* Tempore quo Carus cæsar . . . in custodiam reduci.»

F. 212'—214: «*Passio apostolorum Symonis et Jude.* Symon chananeus et Judas . . . quasi exploratores.»

Ut **83,** 352' et **256,** 111.

F. 214—216: «*Omelia Albini de virtutibus S. Martini.* Postquam dominus noster . . . sanare compertum est.» Fragmentum.

Ut **83,** 355 et **257,** 182. Ed. Froben, 2, 159—160. — Migne, P. l. 101, 657—662.

F. 216—217': [*Walahfridi*] «*Vita B. Othmari abbatis.* Igitur Othmarus genere . . . per uim contraxerunt.»

Ut **83,** 356 et **257,** 372. Ed. Mabillon, Acta SS. III, 2, 155—157. Migne, P. l. 114, 1033—1035.

F. 217'—219: «*Passio S. Ceciliae virginis.* Cecilia uirgo dei . . . Ceciliam diligenter instructum.»

Ut **83,** 356' et **257,** 284.

F. 219—220: «*Passio S. Clementis episcopi.* Tertius Romanæ ecclesiæ . . . suo aperiat fontem.»

Ut **83,** 357 et **256,** 296.

F. 220—220': «*Dominica I post natale domini. Sermo B. Fulgentii episcopi de natiuitate domini.* Dilectissimi fratres . . . diuina nobis benignitate.» Fragmentum sermonis II. 5—7. Ed. Migne, P. l. 65, 728.

F. 221 vacat. 221': Fragmentum diplomatis germanici S. XV in quo Nüziders nominatur.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. K.V. 243. 246, 249. 256.

---

10 (Fol. Nr. 130) **Novum Testamentum integrum Germanicum.**

S. XV. Membr. 355 × 220. 463 paginæ, recte 466 quia 57ter, 139 bis numeratur; primum folium vacuum non numeratur. Manus primæva folia I—CCLXXII numeravit de quibus excisa sunt XV, XXII, XXIV, XXXI—XXXV, XXXVII—XLIIII, XLVI—XLVIII, LIII—LVI, LXV—LXVIII. LXXXII, LXXXIII, CXII, CXIII, CXVIII—CXX. CXXII, CXXV—CXXVII. CXXXV—CXLI, CLXXVIIII—CLXXXIII, CLXXXVIII, CC, CCVI, CCXXIIII—CCXXVII, CCXXXII, CCXL—CCXLIIII. Simpliciter omissus est numerus LXXII cum ibi nulla sit lacuna textus. Binæ columnæ. Quaterniones signantur (I)—XXXVI. — Tabulæ ligneæ, corio rubro obductæ et umbilicis ornatæ.

P. 1—371: «*Daz ist daz buch der nëwen cristenlichen ee, alz si geschriben stet in der bibeln vnde vahet also an. Liber generacionis.* Daz büchel der gepurt Jesu Christi dez sunes David . . . . sei mit ew allen. Amen. Hie hat ein ende daz puch sant Johans, daz do ist geheizzen apocalipsis.»

Pater noster ed. Kehrein, Pater noster u. Ave Maria in deutschen Uebersetzungen Frankfurt 1865. p. 40. Nr. 23. Septem epistulæ catholicæ Pauli epistulas ordine præcedunt.

P. 371—463: [*Promptuarium epistolarum et evangeliorum per annum.*] «*Hie hebent sich an di episteln vnd di Ewangelia, daz ganz umbgent Iar, beid von der zeit vnd auch von den heilgen, als si noch ein ander stent in dem messbuch, geschriben; vnd ditz ist daz Registrum dorüber wie man vindet ein ieglich Episteln, vnd daz Ewangelium vf sein zeit vnd uf sein tag.*

Dominica prima in dem advent leccio epistole beati Pauli ad Romanos. daz XIII. capitel. Brüder wissent wann . . . fallet ir di den herren.» Desinit abrupte.

P. 443 incipiunt *lectiones pro festis sanctorum*: «*Hie hebent sich an di episteln von den heilgen über all daz iar hin aus, vf iren abent vnd uf iren tag von sant Erhart dem pischoff. Lectio epistole beati pauli . . .*»

Textus novi testamenti tantum indigitantur, veteris vero integri exhibentur. Præterea etiam variæ orationes, v. gr. feriæ VI in Parasceve adducuntur. Inter sanctos notandi p. 446: Benedictus ein abt, p. 450: Translacio S. Benedicti abbatis, p. 455: Sant Heimbrann. (S. Emmeramus.) P. 462: «*Incipit Commune sanctorum. In abent eins zwelfpoten.* Lectio . . .» Desinit in communi plurimorum martyrum. Cetera desunt.

Codice usus est anno 1897 professor Jostes Friburgi Nuithonum.

---

11 Fol. Nr. 189) **Libri Salomonis et prophetarum vf papir geschriben.**

S. XV. (1459.) 289 × 210. 288 folia, recte 289 quia 23 bis numeratur; primum quod est vacuum, non numeratur. Quaterniones non signantur. Binæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio rubeo obductæ.

F. 1—18': [*Registrum omnium capitulorum s. bibliae.*] «Sex prohibet peccant . . . venio iam. Notandum per intelleçtum presentis registri quod quelibet dictio deservit uni capitulo . . . Johannes Näger plebanus in Muotental valis (!) switencium. Orate deum pro eo. Anno . . . LVIIII⁰ finita est hec tabula.»

F. 19—23: [*Concordantia 4 evangeliorum metrice.*] «Sequitur nunc registrum hystoriarum . . .»

F. 24—96'. *Parabolae Salomonis, ecclesiastes, canticum canticorum, liber sapientiae, ecclesiasticus cum prologis S. Hieronymi.* Libro ecclesiastici ut Capitulum 52 additur: «*Oracio Salomonis.* Et inclinavit Salomon genua sua . . . peccaverit vir in te.»

Valde similis II Paralipomenon, 6, 13—22.

F. 93'—97': «*Incipit prefacio in librum ymnorum vel soliloquiorum.* Incipit liber ympnorum . . . portemus ymaginem celestis.»

F. 97'—98: «*Causa quare primus psalmus non est intitulatus.* Esdras autem cum . . . ad istum attendite.»

F. 98—103': «*Explicit prefacio. Incipit de sex aetatibus labentis seculi.* Non arbitror infructuosum . . . in pallatio occiditur.»

Est liber *III Honorii Augustodunensis Imaginis mundi*, ed. Migne P. l. 172, 165—187. — Cf. Pertz, Archiv, 8, 736.

F. 103'—107: «*Incipiunt nomina Iudicum qui fuerunt ab inicio.* Moysis prefuit annis XL . . . et Asyam obtinuit. Laus deo patri filioque et spiritui sancto. Ave Maria . . . Amen.»

F. 107' vacat.

F. 108—286: [*Prophetae maiores et minores.*] «*Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri super Ysayam prophetam.* Nemo cum prophetas . . . terram anathemate. Amen. Explicit liber prophetarum in die S. Oschwaldi regis et martiris Anno [MCCCC] LVIIII⁰ per me Johannem Näger de Lütkirch tunc temporis rectorem ecclesie in Muotental vallis Switencium Constanciensis dyocis.»

F. 286'—288' vacant.

---

12. (Fol. Nr. 183) **Aus der Bibel. Deutsch.**

S. XV. Charta 313 × 226. 134 folia, recte 136 quia 38 et 122 bis numerantur. Binæ columnæ. Sexterni antrorsum signati [1] — XI. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductae.

F. 1—134': [*Historienbibel*] «Do gott in siner magenkrafft . . dez helff vns der vatter vnd der sun vnd der hailig gaist. Amen.

Hie haut die bibli ain ende
Got uns sin gnaude sende.»

Ed. Th. Merzdorf, Die deutschen Historienbibeln des Mittelalters nach 40 Handschriften zum ersten mal herausgegeben. Biblioth. des litterar. Vereins. Tübingen 1870. T. 100—101 p. 107—575. — Huius codicis nulla ibi fit mentio.

---

13. (Fol. Nr. 8) **Lectiones Breviarii.**

S. XVI. Charta. Fol. 133 folia numerantur, inter quæ 56 bis. Multa folia scriptura vacant.

Lectionarius in festa Sanctorum per anni ciclum. Pleræque vitæ Sanctorum desumptæ sunt ex *Surio,* Breviario Romano etc. ut in margine notatur. Initium est f. 121: »In nomine benedictæ et individuæ trinitatis ad honorem totius cœlestis curiæ incipiunt lectiones per vigilias et festa sanctorum in choro beatissimæ virginis Mariæ loci Heremitarum usitatæ fœliciter.»

Ab initio manu P. Galli Morel: Liber scriptus a P. Joachimo Müller parocho Einsiedl. circa 1580.

---

14 (Fol. Nr. 29) **In epistolas Pauli.**

S. XV. Charta. Fol. 189 folia, recte 191 quia 22 et 34 bis numerantur. Inter f. 97 et 98 quinque folia evulsa sunt. Quinterni non signantur. — Tabulae ligneæ corio fusco obductæ et lineamentis ornatæ. F. 1 littera initialis coloribus nitide depicta.

F. 1—183': *(Epistulae S. Pauli cum glossa interlineari et commentario.)* «*Ad Romanos.* Paulus servus Jesu . . . Hec lectio scribitur in epistola . . . Christus in seculum seculi benedictus. Amen.»

F. 184—189': «*Incipit epistola Enee Silvii de Picolominibus que est de situ Tabur et de communione sub utraque specie.* Reverendo in Christo patri et colendissimo domino Johanni sacrosancte Romane ecclesie sancti Angeli dyacono cardinali domino suo precipuo Eneas Senensis episcopus S. P. D. Quamvis apud Bohemos . . . alius sit rerum status.» Desinit reliquis excisis.

Edit. inter epistulas Aeneæ Silvii. Nr. 130. Norimbergæ (Koberger) 1486. Cf. Incunab. 369 L. III. — Pertz, Archiv 8, 736.

F. 183': „Iste liber est Johannis Wagenmann.“ Cf. Geschichtsfreund 3, 96. 15, 275. — In operculo posteriore: „Ille liber attinet Jeorio Wagenmann ex oppido Surse.“ In operculo anteriore variæ sententiæ Lactantii, Martialis etc.

---

15 (Fol. Nr. 7) **Glossæ generales in libros S. Bibliæ. Item Prisciani quædam. Item Prosperi epigrammata.**

S. X. Membr. 256 × 165. 111 folia, recte 91 quia numeri 71—90 omittuntur. Primum folium vacuum non numeratur. — Fol. 103. manu S. XII fere ut codex **116** p. 2 und 3 de anno 1143.

Henricus de Ligertia maniculas addidit. Idem prima pagina vacua versus adscripsit qui olim ad codicem **255** pertinuerunt. Cf. ib. f. 2.

I. F. 1—40.' *Glossae in bibliam.* Variae manus. Quaternionum signa desunt.

F. 1: *(Pia precatio ante lectionem s. scripturae.)* «*Chlose (sic!) super vetus T(estamentum.)* Praesta domine legentibus profectum . . . domino supplicemus. Explicit.»

F. 2—40': «*Incipiunt glosae veteris ac noui testamenti feliciter.* Prologus idest prefacio . . . gentibus manducabat sciens.»

II. F. 41—111. *Euticius, Priscianus, Prosper, Prudentius.* Quaterniones signati I—V. quorum primus (f. 41—48) antea codici **169** adiunctus, a P. G. Morel suo loco restitutus est. Variæ manus. F. 92—111 binæ columnæ. Inter f. 58 et 59 unum folium excisum.

F. 41': «*De duodecim lapidibus.* Crisolitus. Hic cerulei coloris invenitur . . . collis et manibus aguntur.»

F. 41'—60: (altera manu) «*Incipit ars Euticii de nerbo.* Cum semper nouas questiones . . . reor esse monstratum.» Alias *Eutyches* vocatur. Cf. Teuffel, 482. Ed. Putsch, gramm. lat. 2143—2189. — Keil, grammat. lat. V. 442—489. — Cf. Bähr III, 421. Idem in codice **265**, 97. — Glossas theotiscas p. 42'—57' ed. Steinmeyer AHD. Gl. 2, 161.

F. 60—68: «*Incipit Prisciani grammatici institutio de nomine et pronomine et verbo.* Omnia nomina quibus . . . latius dissertum inuenies. Explicit.» Cum glossis tum interlinearibus tum marginalibus. Ed. Keil, Gram. lat. 3, 444—456.

Cf. Hagen. Anecd. helv. p. LV. LX. LXI. CLXVI.

F. 68—102: (*Prosperi epigrammata*). «Haec Augustini ex sacris . . . qui scandere regnum.» *Incipiunt epigrammata Prosperi exametris pentametrisque digesta ex opusculis S. Augustini deflorata.* Dum sacris mentem . . . perdit adepta tepem.»

Edit. Migne P. l. 51, 497—522. Glossas theotiscas ed. Steinmeyer AHD. Gl. II, 381. — Cf. Morel, E. Handschr. d. lat. KV. 258.

F. 102 (alii 16 versus qui non extant in editis): «Nobilis hic calamum deponit Prosper agrestem . . . Indue te hac fidei clamide sacrisque parentum.»

Ut **302**, 115 et **149**, 47.

F. 102—103: «*Prosper ad coniugem suam.* Age iam precor mearum . . . spiritus unus agat.» Edit. ib. 611—616.

F. 103—111': «*Incipit liber psichomachiae quem composuit Aurelius Prudens Clemens de virtutibus vitiorum carmine heroico.* Christe graves . . . diues sapientia regnat.»

Ed. Migne P. l. 60, 19—90.

Finem faciunt eadem manu scriptæ variæ glossæ latinæ in Prudentium, paucæ theotiscæ quas ed. Graff, Diutisca II. 311 seqq. — Steinmeyer AHD. Gl. 2, 531. — Cf. Morel, Einsiedl. Handschr. d. lat. KV. 258.

---

16. (4 Nr. 49) **In epistolas S. Pauli.**

S. X. Membr. 231 × 192. 167 folia.

I. F. 1—31. *Pirmasius, Priscillianus.*

Quaterniones non signantur. — H. de Ligertia maniculas apposuit.

F. 1'—4: *(Prologus. Praefatio (?) Primasii Adrumetani episcopi in epistulas Pauli.)* «Primum intellegere nos oportet . . . cum gaudio suscepistis.»

Ed. Migne P. l. 68, 414. — Cf. Morel, E. Handschr. d. lat. K. V. 258.

F. 4—15. *(Canones Priscilliani.)* «Prologum subter adiectum siue canones qui secuntur nemo putet ab Hieronimo ordinatos sed potius a Priscilliano . . . subiectum non erit.»

Ed. G. Schepss, Corpus Script. eccles. XVIII (Vindob. 1889) 109—147.

F. 15—31. *(Argumenta epistularum S. Pauli.)* «*Capitulationes in epistolam ad Romanos.* De fide eorum . . . passus est et de praepositis.» Multae sunt lacunae quas rubricator non explevit.

F. 31' vacat.

II. F. 32—167. *Epistulae S. Pauli cum glossis.* Quaterniones signantur ab antrorsum I—XV. Litterae initiales variis coloribus depictae. «Paulus seruus Christi Jesu . . . cum omnibus uobis. Amen.»

Abundant glossæ interlineares, inter quas raræ germanicæ. Varia signa remittunt ad notas marginales, subtilissime scriptas. Numeri in margine innuunt canones primæ partis.

Glossas germanicas edidit Steinmeyer AHD. Gl. 1, 756—782.

---

17. (Fol. Nr. 190) **IV Evangelia.**

S. XI. Membr. 283 × 195. XXII quaterniones. 384 pag. Numeri paginarum partim ab antiqua manu scripti. — Ora colore rubeo et cæruleo picta. — Tabulæ ligneæ corio albo (quondam rubeo) obductæ.

Initium deest. «ti fuit et fidem factæ . . . potuit ele.» Pars prologi *S. Hieronymi* in Matthaeum et Marcum. — P. 2 et 3 vacant. — P. 4—8 «Incipit epistola *Hieronymi* presbyteri ad Damasum papam. Beato Papae Damaso Hieronimus. Novum opus facere . . . memineris mei papa beatissime.» Ed. Migne P. l. 29, 525—530. — P. 9: «Incipit argumentum *Hieronimi* presbiteri in Matheum. Matheus qui et Levi ex publicano . . . nazareus vocabitur.» De scriptoribus. Edit. Migne 23,614. — P. 10—21: *Canones evangeliorum* auro, argento et minio ornati. Ed. Migne l. c. 29, 531—542. — P. 22 vacat. P. 23 figura Christi ad cuius pedes monachus tenens librum. — P. 25—122: «*Incipit Evangelium KATA MAΘEΩN.*» Littera L initialis valde artificiosa. — P. 123—125: «*Prefatio Bedae presbiteri in Marcum evangelistam.* Quae causa fuerit Marco evangelii scribendi . . . foret imitabilis ostendit.» Ed. Giles 10, 1—2. — P. 125: «Item Hieronymus. Marcus interpres . . . quam ordinem.» Edit. Migne 26, 18. — P. 184. In Lucam. «Incipit argumentum. Lucas medicus . . . visa describit.» Edit. Migne P. l. 26, 18. — P. 284: «Incipit argumentum in Johannem. Johannes apostolus et evangelista quem Jesus amavit . . . principio et rel.» Edit. ib. 18—19. — P. 358 *Capitulare evangeliorum de anni circulo* ut in cod. **1.** P. 380. *Lectiones evangelii de diversis causis* ut in cod. **1.**

In margine passim habentur canones Eusebii. — P. 23. 126. 185. 285 figuræ evangelistarum scribentium. Cf. Rahn, Gesch. d. bild. K. 142 cum imagine. Cf. ib. 145. — Idem, Psalterium aureum 60. 66. — Berger, Histoire de la Vulgate 129. 133. 382.

P. 382—383 Catalogus reliquiarum cuiusdam ecclesiæ. Cf. Geschichtsfr. 43, 154. nota 98. — Ib. 45, 311 nota 3.

In operculo posteriore quinque nomina theotisca manu s. XI.

---

18. (4 Nr. 95) **In LXX Psalmos.**

S. VIII—IX. 218 × 162. 333 paginæ, recte 338 quia 2 bis, 187 et 246 ter numerantur. Quaterniones signati (I) — XVIIII. — Variæ manus.

P. 1 vacat. P. 2—4: *(Præfatio)* «A . . . . seruus Christi fratribus et conseruis . . . qui et loquor nobis.»

P. 4—310: *(Commentarius in psalmos I—LXX)* «Beatus uir qui . . . uir autem iste beatus Christus est qui non abiit . . . . quærunt mala mihi. Explicit LXX psalmo.»

Est egregia expositio mystica psalmorum ad usum monachorum. Auctoris nomen erasum esse videtur. In præfatione loquitur de fontibus ex quibus hausit et addit (p. 2—2 bis): «legi siquidem in hoc opere et *Johannis romani diaconi* breuiationem, sed eius meæ menti lectio non omnimodis satisfecit.» De Joanne, ecclesiæ Romanæ diacono, ante annum 882 defuncto egit Fabritius, Biblioth. 2, 356, qui tamen de expositione psalmorum nihil dicit.

P. 310—331: «*Incipiunt adhortationes sanctorum patrum ad profectum perfectionis monachorum.* Interrogauit quidam abbatem Antonium . . . eris per huius modi» . . . Desinit abrupte. Excerpta ex libro V de vitis patrum, *Verba seniorum,* edit. Migne P. l. 73, 855—896.

Isti sunt numeri editionis Migne quos inveni. Libelli I. 1—3. 6. 7. 9. 12—14. 19. 21. 22. II. 1. 3. 9. 10. 14. III. 1. 2. 4. 6. 11. 12. 20. 22. 24. 26. IV. 16. 19. 22. 28. 29. 30. 34. 39. 56. 58. 59. 67. V. 3. 20. 21. 27. 30. 32. 34. 37. 39. VI. 6. 18. 19. VII. 10. 15. 16. Non inveni inter edita tres historiolas p. 317 et 320—321. In fine plura folia perdita sunt, quorum duo habes in codice **370,** 19 et 18. Ultimum folium vacat.

---

19. (4 Nr. 116) **Græca varia.**

S. XVI. (1503—1529.) Charta. 222 × 155. 297 folia, recte 284 quia omittuntur 42—54, 139, 168—177, 199, 229; 98ter, 106, 126, 131, 150, 155, 182, 206, 218, 235 bis numerantur. Manipuli non signantur.

Liber frequenti usu squalidus.

F. 1. *(Inscriptio)*: *Psalterium Grecum. Herotymata greca. Homeri Batrachomyomachia. Fabule Esopi. Lexicon Grecanicum. Dictionarius Grecus.*

F. 1' varia de psalmis ex Dionysio Areopogita.

F. 2—117' *(Psalterium græce.)* „*Προφητοῦ Δαυίδ καὶ βασιλέως μέλοσ. Μακάριος ἀνὴρ ὅσ . . . τὸν κύριον. δόξα.*" In margine et inter lineas passim adduntur glossæ latinæ, plerumque atramento rubro scriptæ.

F. 117'—129' adduntur itidem græce Psalmus 151 (apocriphus): „*Μικρὸσ ἤμην ἐν τοῖσ ἀδελφοῖς μου . . .*" cantica Moysis, Annæ, Abacuc, Isaiæ, oratio Jonæ, trium puerorum, Simeonis, Magnificat, Benedictus, Symbolum Nicænum, Apostolorum et S. Athanasii, Pater noster, Salve Regina etc.

F. 126' : „*Τέλοσ. δόξα θεῷ ἀεί.'Εσχεδιάζετο Ματθιὰσ ὁ θεοδωρικοσ ἐκ βολφαχ.* Martii prima anno virgineo a partu supra sesquimillesimum IIII[to]. M. TH. 1504. Spes sibi quisque.»

F. 130: *Τέλοσ.* MDXXII. Novembr. XV. M. TH. Spes sibi quisque.»

F. 130'—155' *(Varia de grammatica græca)*: *Περὶ τῶν ῥημάτων.* Passim adduntur glossæ latinæ et hinc inde: M. TH. Januarii 1504.

F. 150 bis vacat.

F. 156—245: *(Lexicon græco-latinum.)*

F. 255'—257: «Lilius Gregorius Giraldus Philesio S. D. P. Cum hic Venetiis . . . Te amor et vale. Ferrariæ X Kal. Septembr. MDVIII. . . . . Ex Idiographo Lilii Gregorii Giraldi Ferrariensis Ego Matthias Theodrici descripsi. Septemb. XXVI[ta] A[o] MDVIII.»

Cf. Homeri opera ed. I. 1488. Flor. Venet. Ald. 1504.

F. 257: *Numeralia.*

F. 258—282. *Aesopi fabulæ (60)* Præcedit vita auctoris. Scatent glossis. In fine: *'Ουκ ἔυρον πλείονα μυθους 'Αισωπου.* M. Th. 1504[to]. Januarii XXVI.

F. 270 alieni argumenti postea additum videtur. Continet varias sententias græcas latinas germanicas. Febr. XIIII. 29.

F. 283—284: „*περὶ τῶν προθεσεων.*" De præpositionibus, coniunctione, adverbio etc. secundum ordinem rerum. Præcedit: *Πίναξ τοῦ παρόντοσ λεξικοῦ.* Tabula præsentis Dictionarii. *περί διαφορῶν . . . ἆσθμα τοσ,* Anhelitus; XC *Τελοσ. Συν θεῷ ἁγίῳ.* M. TH. Spes sibi quisque. Septembris ultima 1503.

F. 245' *(Explicatio nominum propriorum Batrachomyomachiæ.)* «*Λιμνοχαρισ* hoc est palude gaudens . . . *Τελοσ* A[o] 23.»

F. 246—255: *Του Ομηρου Βατραχομυομαχεία.* Præcedit *Martialis* distichon de Homeri Batrach. (XIV. 183) et Antipatri Sidonii epigramma de patria Homeri: «Diceris a multis Colophonis . . . Callipea parens.» Antholog. gr. II. p. 18 Nr. 45.

F. 255: Item aliter varia epigrammata. «*Ἐπιτάφιον εισ ῾Ομηρον Αντιπατρου σιδωνιου. Τὰν μεροπων Πειθω . . . βραχύ βωλοσ ἴκοσ.*» Ex Anthologia græca II. 24—25. Ed. Jacobs 2, 25. — „*'Εισ τὸν ἀυτὸν. Ενθαδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν . . . θεῖον ῞Ομηρον.*" Ibid. III. 256. — Jacobs 4, 224,

Varia alphabeta græca, sententiæ latinæ, græco charactere scriptæ.

F. 285—289: «*Vocabula excerpta ex* Julio Polideuca græca et latina. *Προ τοῦ ὄρθρου ἐγρηγόρησα . . . ἵνα εκδράμω. Τέλοσ σὺν θεῷ.* M. TH. Septembr. XXma 1503.»

Est *Julii Pollucis Καθημερινη ὁμιλία* (quotidiana locutio) quam edidit ex codice 3049 bibliothecæ Parisiensis A. Boucherie, Notices et Extraits des MSS. 23, II. 480—494.

F. 289—290: «*Συν ἀγαθῃ τύχῃ καὶ ἐντυχῶσ. Ἐπειδὴ ὁρῶ πολλὸυσ . . . ἅ ὑποτεταγμένα εἰσί. πάλιν τελοσ.*» Edit. ibid. 478—480.

F. 290—294. (*Versio latina præcedentium.*) «Propter quam causam non audeo . . . quæ subiecta sunt.» Edit. ib. 478—494.

F. 289—290, 284—289, 156—245 sub titulo *Hermeneumata Einsiedlensia* ex hoc codice et **683** ed. Geo. Götz, Corpus glossariorum latin. 3, 221—279. Cf. ib. p. XXII—XXIII.

F. 294—295: «Exemplar harum orationum manu propria Joannis Reuchlin Phorcensis exaratum erat. *Χαῖρε δεσποινα μητερ ἐλεουσ* . . . . mater innupta. Ab exemplari Joannis Reichlin Phorcensis. 1503. M. TH. Septembr. XXIIIa.»

F. 295. (*De littera P*): «Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni . . . miserabile transiget ævum.»

Ed. Burmann, Anthologia latina 2, 416. — Meyer, Anthologia 2, 65. Nr. 1076. — Ed. du Méril, Poésies popul. Paris 1843. p. 428. De auctore cf. ibid.

F. 296. (*Varia de dialecto dorica et æolica.*) «*Περὶ Δωρίδοσ. Ἡ Δωρὶσ τῷ α ἀντὶ τοῦ η χρῆται . . . ὄμματα, ὄπτατα.*»

F. 296'—297: («*Variæ interpretationes vocabulorum græcorum*; quædam germanica. maii 2o anno (15) 27.»)

F. 297' vacat.

Cf. descriptionem codicis quam dedit v. cl. H. Omont, Centralbl. f. Bibliothekw. 3. (1886) 428. Operculo agglutinatum est folium pergameneum, fragmentum commentarii in Genesim manu S. XII latine.

---

20. (4 Nr. 17) **In Genesim.**

S. XV. Membr. et chart. 231 pp. recte 230 quia 78 omittitur. Inter 92 et 93 unum folium vacuum non numeratur. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et scuto Abbatis Augustini I anno 1601 impressæ.

P. 1.—227. «In principio creavit deus . . . Quoniam naturale desiderium quorumcunque mortalium . . . adiutorio dei cui sit honor et gloria per infinita seculorum secula. Amen. Explicit. etc.»

Agitur in 52 lectionibus *de opere sex dierum.* Auctor qui consulto nomen suum reticuit videtur ordinis S. Francisci fuisse et anno 1377 vixisse. Cf. pp. 75, 226, 227. P. 92 fit mentio Nicolai de Lyra.

---

21. Traduction des Pseaumes.

S. XVIII. Charta 4°. 582 paginæ. — Corio fusco ligatum.

In folio præambulo: „Opus compositum et scriptum a Reverendissimo Domno *Petro Julien,* Congregationis Lotharingo — Benedictinæ visitatore dignissimo, qui anno 1795 die 22a. Aprilis obiit in principali monasterio Einsiedlensi."

P. 1—566: «*Traduction des Pseaumes avec l'Explication des Titres; des sommaires qui en marquent l'occasion et le Sujet et des Notes pour rendre raison de la Traduction.* Pseaume I. . . . omne quod spirat.»

P. 567—571: Table. P. 572—582 vacat.

Autographum. In notis passim textus vulgatus cum archetypo comparatur.

---

22. Dictionarium hebraicum.

S. XVIII. Chart. Fol. II folia, 487 paginæ. — Corio fusco ligatum.

F. I.: *Monitum.* F. II: *Abbreviationes.*

P. 1—487: «*Dictionarium hebraicum a punctis aliisque Masorethicis inventis liberum.*»

Autographum *Petri Julien*, auctoris codicis præcedentis.

---

23. (Petri Julien lectiones variantes textus hebraici.) Tom. I.

S. XVIII. Charta. 4°. 539 paginæ.

A Genesi usque ad librum Esther textus hebraicus cum græco, Samaritano etc. comparatur.

---

24. (Idem) Tom. II.

Est continuatio præcedentis, cui per omnia similis. 494 pagg. Continet libros Job, Salomonis et prophetarum.

---

25. a. Die Psalmen Davids.

S. XVIII. Charta. 4°. Folia non numerantur. — Dorsum coreaceum, opercula chartacea

Est *Analysis 150* psalmorum, uel paraphrasis cum partitionibus super singula psalmorum themata, lingua latina.

25. b. ut **25. a.** ab altera manu scriptum, sed accuratius.

---

26. (Nr. XXI) **Biblia.**

S. XIII. Membran. 174 × 130. 325 folia, recte 326, quia 5, 6, 55, 72, 109 bis numerantur, 77, 175—177, 189—321 omittitur. Binæ columnæ. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ holoserico viridi obductæ. — Initia librorum litteris et figuris depictis et deauratis satis eleganter ornata. — Cf. Rahn, Gesch. d. bild. Künste 571. n. Ceterum liber assiduo usu detritus.

F. 1 vacat. F. 2: «Der Hochwürdig Inn Gott Fürst Vnnd Herr Herr Ulrich Abbt des würdigen Gotteshus Unnser Lieben Frauwen zu

den Einsiedlen Hat diese Bibel siner Urälte nach Vnnd das solche Ire Fürstlichen gnaden Vorfahren (Hochlöblicher Gedächtnus) gebrucht widerumben Renoviren vnnd vernuwen Lassen. Actum denn 15 Monatstag May Nach Christi Vnnsers Lieben Herren Geburt 1597.»

Abbas Udalricus Wittwyler regnavit 1585—1600 sub quo etiam codex **121** renovatus est.

F. 3—296: «*In nomine domini. Incipit bibliotheca tocius anni circulum edita a sancto Jeronimo presbitero secundum hebraicam hereditatem.* Frater Ambrosius tua mihi munuscula . . . . omnibus uobis. Amen.»

F. 296'—235: «*Hic sunt interpretationes hebreorum nominum incipientium per a litteram.* Aaz apprehendens uel . . . aut consolatores eorum.»

Ut in codice **2,** 641.

P. 102 in margine inferiore additur manu posteriore: „*Oratio regis Manasse in Babilone.* Domine deus omnipotens . . . secula seculorum. Amen."

---

27. (8 Nr. 30.) **Ascetica.**

S. VIII et IX. Membr. 155 × 91. 140 folia (recte 142 quia 46 omittitur, 34, 115, 132 bis numerantur.)

I. F. 1—22. S. VIII. Prima pagina vacat.

F. 1'—4: *Revelatio beati Apostoli et evangelistæ Johannis. (Apocalypsis* 21, 9—27.)

F. 4'—11': *(Explicatio orationis dominicæ.)* «Vides quam brevis . . . laus et gloria.»

F. 11'—16: *Expositio de oratione dominica.* «Veritas dicit honora . . . adiuuante qui uiuit et regnat . . .»

F. 16'—19: *Homilia domini Augustini de die iudicii.* «O fratres karissimi quam timendus . . . eripere dignetur, qui uiuit . . .» Edit. in append. S. Augustini Nr. 251. opp. 5, 2210. Idem in cod. **281,** 44.

F. 19'—20': «Auxiliato mihi trinitas . . . unus deus uiuis . . .»

F. 20'—22' Altera manu: *(Hymnus de S. Benedicto.)* «Christe sanctorum deus . . . . spiritus regnat.» Daniel I. 218. IV. 165, 371. — Chevalier, Rep. hymn. 3004. — Morel, Hymnen 209.

II. F. 23—24. S. VIII. Scriptura valde rudis. Sunt hæc duo folio omnium bibliothecæ nostræ antiquissima.

(Hymnus alphabeticus de Christo.) «Almus altus agnus . . . sol fulgebunt.»

III. F. 25—140. S. VIII vel IX. Quaterniones I— (XV.)

F. 25—27': *(Expositio orationis dominicæ.)* «Christus dixit . . . inpugnatione diabolica.»

F. 27'—32': *Expositio fidei catholicæ.* (Symboli S. Athanasii.) «Quicunque . . . idest voce et intellectu . . . esse non poterit.»

F. 32'—33': *(Expositio orationis dominicæ.)* «Pater noster quia ipse nos fecit . . . uel de inferno.»

F. 33'—50: *Interrogatio (de articulis fidei.)* «Quomodo credis . . . renatum non est: animalia.»

F. 50—53': «*Liber differentiarum Isidori iunioris Splanensis* (Hispal.) *episcopi.* Inter deum et dominum . . . dominus quia unigenitus.» Libri II. capp. 1—15. Ed. Migne, 83, 69—72.

F. 53—55: «*Incipit dicta* (ex) *singulis doctoribus. In primis de caritate.* Dominus dicit in . . . caritas Christi.»

F. 55—140: *S. Hieronimi, Augustini, Gregorii, Juliani, Cæsarii, Effrem, Salvani (!) Elegi (!)* etc. Varia de vitis patrum 90, 96, 99, 101, 104, 111', 114, 115, 128, 131, 132. a.

F. 49 et 49' scriptura secreta, ubi vocales per puncta exprimuntur.

De huiusmodi collectionibus sæc. VIII cf. Rose, Handschriftenverzeichnis d. königl. Bibl. zu Berlin 12, 73. Nr. 49. Similis codex Vaticanus 212 S IX—X. Stevenson I. 41. — Cf. Morel. Einsiedl. Handschr. d. l. K. V. 246—251, 253, 259, 260.

---

28. (12 Nr. 15.) **Veritas textus bibliorum.**

S. XIV. Membrana tenuissima. 130 × 90. 513 pagg. recte 516 quia 10 quater numeratur.

I. P. 1—65. P. 1—3 vacant. P. 4: *(Elenchus contentorum.)* P. 5—10, b: *Index librorum bibliæ et prologorum.* P. 10, b—12: «*Tabula iuxta ordinem litterarum alphabeti de his quæ notabiliter in hoc volumine continentur.* Epistolæ ad Paulinum 1 cap . . . levans autem Jacob oculos.»

P. 13—65 et 496—500: *(Notæ anonymi in diversa loca S. Scripturæ ab Exodo usque in lib. III. Regum.)* «Exodi 4 dicitur de virga Moysi . . . obtinet liber regum.»

II. P. 66—500. Ab antiqua manu signata sunt folia 1—219 et quaterniones I—XVIII sed omissum est folium post 193 (nunc p. 450 et 451.) Inter 4 et 5 unum folium (nunc p. 74 et 75) a manu posteriore additum est, quod non cohæret cum reliquis. P. 160 dimidia et 162 tota vacant.

P. 66—160: «*Opusculum de veritate textus Bibliæ et prologorum eiusdem collectum ex operibus fratris Britonis de expositione vocabulorum ipsius Bibliæ et suorum prologorum.* Epystole sancti Jeronimi ad Paulinum presbiterum capitulo primo. Frater Ambrosius . . . . duos asses.»

Littera B colore rubro summæ paginæ sæpius appicta videtur significare „Brito". Guilelmus Brito + 1356. Cf. Fabritius, Biblioth. 1. 261. — Hist. litt. 29, 590. 602. — Delisle, Cabinet 2, 150. — Ludewig, Reliquiæ M. SS. 3, 9. — Scherrer, Handschriften d. Stiftsbibl. p. 648.

P. 162—404: *Opusculum correctionis textus et prologorum biblie collectum de operibus fratris Johannis de Colonia, O. Min.* «Frater Ambrosius etc. Et infra. Ut gimnosophistas . . . grecis vocabulis.» Litteræ «Jo» summæ paginæ passim adscriptæ videntur innuere Johannem, de quo Fabricius nihil.

P. 405—488: *Correctio textus bibliæ compilata Parisius per Magistrum et fratrem Wilhelmum de Mara ord. Minorum.* Genesis 3 f. tunicas . . . tonitruum an habent.»

P. 411—495 plerumque folia signantur littera W (Wilhelmus) Cf. Fabric. Bibl. 3, 141 vel 145.

P. 488—495: *Eiusdem, de hebræis et græcis vocabulis glosarum bibliæ.* «Genesis principio . . .» Continet tantum tres priores libros Moysis, deinde abrumpitur.

P. 496—500 vide supra ad p. 13.

P. 501—511 (alia manu) *Tractatus fratris Johannis Coloniensis de posituris.* Legerunt in libro Dei distincte . . . Neem. VIII. In verbis istis debitus legendi modus . . . azaptani.» Desinit imperfectum.

Hæc scripta ad varios codices referenda esse videntur. Codicis mentionem fecit v. cl. P. H. Denifle, Die Handschriften der Bibelcorrectorien des 13. Jahrhunderts in Archiv f. Literat. u. Kirchengesch. 4, 265, 266.

---

29. (4 Nr. 8.) **Annales Einsidlenses etc.**

S. X—XV. 202 × 155. 239 pp. recte 236 quia 159, 221, 233 omittuntur.

I. P. 2—87. *(Glossæ in evangelia.)* S. IX—X.

Variæ manus. Quaterniones signantur I. II. III. tantum.

H. de Ligertia maniculas adpinxit.

P. 2—6: «*De evangeliorum præfatione.* Utrum liber an codex . . . de verbo dei dispitut. Explicit præfatio.»

P. 7—71: *Incipiunt glosæ ex euangelio cata Lucam scarpsatæ pene ad verbum editæ.* Quando quidem multi . . . benedictione conclusit. Finiunt glosæ ex evangelio secundum Lucam scrapsatæ pene ad uerbum editæ.»

P. 71—87: «*Incipit in Marcum Evangel.* Initium evangelii . . . fuerit saluus erit.»

II. P. 88—102: *(Annales Heremi vel Einsidlenses et cycli.)* S. X—XI. Variæ manus.

H. de Ligertia maniculas et litteram initialem A. adpinxit.

P. 88—95: *(Annales ab anno 1—930.) Anni dominicæ incarnationis incipiunt.* Anno imperii Octaviani . . . anglorum duxit uxorem.

P. 96—100: *(Cycli cum annalibus heremi annorum 931—1006.)* «*Vicesimus secundus cyclus (decennovenalis.) Anni domini nostri* . . . Heinrichus rex regem . . . successit Gebehardus episcopus.»

Annales annorum 927—997 ut in **356**, 27—64. edit. partim Mabillon, Analecta 368; denuo Pertz, Mon. Germ. SS. 3, 141—144. Cf. quæ ib. p. 137 dicta sunt. — Bresslau, N. Archiv 2, 579. — G. v. Wyss, Anz. f. schweiz. Gesch. 1884. p. 292.

P. 101—102 (altera manu, *Præcepta medica:)* «*Ad coxas et tibias*· Artemisia cum axungia . . . dies vel plus.»

Eadem fere præcepta in codd. **319**, 280; **321**, 26.

III. P. 103—161. *(Messehala, Sacro bosco etc.)* S. XIV. Quaterniones signantur tantum A et C.

Cum figuris mathematicis. — H. de. Lig. maniculas adpinxit.

P. 103—118: «*Incipit astrolabium Messehalle.* Scito quod astrolabium est nomen grecum cuius interpretatio est accepcio stellarum eo quod . . . regionis eiusdem tabule. Explicit astrolabium.»

Stephanus Messalahus (!) Anglus scripsit de compositione astrolabii. Fabricius, Bibl. lat. 3, 504. Idem opus in cod. Oxoniensi Digbeiano 207 sæc. XIV ineunt. Cat. codd. manuscript. Pars IX. (Oxonii 1883) p. 224. in variis codicibus Amplonianis (Schum, Verzeichn. 915.) in bibl. Baldass. Boncompagni. Nr. 279. Narducci, Catalogo (Roma 1862) p. 123—124 et bis Basileæ. Hänel, Catalogi 520. Cf. Naumann, Serapeum 24, 107 et Steinschneider ib. 31, 305. 311.

P. 118—120: «*Ymaginatio proiectionis spere* (sphæræ) *in planum per uisum.* Concussio siue extentio immo uerius proiectio spere . . . qui queritur ut patuit figura.»

Est opus *Messehale.* Cf. Codd. Amplonian. F. 376, 12. F. 394, 2. Schum l. c. 262. 276.

P. 120—123: «*Incipit tabula stellarum fixarum que ponuntur in astrolabio cum longitudine sua in circulo signorum et latitudine sua ab equinoctiali* . . . Cauda ceti.»

P. 123—128: «[*Varia astronomica.*] *De Azimuth Rubrica, alius modus faciendi Azimut, positio stellarum in astrolabio* etc.

P. 128: «*De nominibus instrumentorum astrolabii.* Nomina instrumentorum sunt hec. Primum est armilla . . . stellarum in nocte. Explicit compositio astrolabii. Sequitur de utilitatibus eius et primo de inuentione gradus solis et diei mensis.»

Similis argumenti videtur esse codex Oxoniensis Digbeianus 207. f. 22—24. (l. c.)

P. 128—136: [*De utilitatibus astrolabii.*] «*In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen.* Cum volueris scire gradum solis . . . talis est comparatio stature tue ad planum. Explicit. Amen. Explicit astrolabium.»

P. 136—140 (altera manu): *Varii circuli astrologici cum commento.*

P. 141—151 [*Tria capita Spheræ Joh. de Sacro bosco:*] «*Incipit spera magistri Jo. de sacro bosco.* Tractatum de spera 4 capitulis . . . dies uel nox 6 signa.»

Liber sæpius editus. De auctore cf. Fabricius, Bibl. l. 2, 412.

P. 152—161: [*Versus astrologici de planetis; 28 diversa poëmata, circa 28 versuum unumquodque cum inscriptionibus arabicis, Atha, Arian, Analon, Altarf etc.* Præcedit registrum.] «*Incipit liber iudicum Jesu filii sirac. Et primo de uita. In nomine domini nostri Jesu Christi. Amen. Saturnus. Atha.* (A)b lucro quid queris, iam manibus teneris. Nunc fortuna tibi fauet per omnia bona, Heres tibi erit et honor et gloria . . . Est cum inimico pax et concordia data, Explicit liber nichili. Amen. Deo gratias.»

IV. P. 162: *(De horologio Karoli magni.)* S. X. «Anno dominicæ incarnationis DCCCVIII (sic!) legatus regis . . . aquis reposita sunt.»

Est fragmentum annal. Laurissens. de anno 807. Ed. Mon. Germ. SS. I. 194.

P. 163 vacat.

V. P. 164—173: *Porphyrius* S. X—XI.

Litteras initiales supplevit H. de Ligertia.

P. 164 vacat. P. 165—173: «*Sermo de Ysagogis Porphirii.* Isagoge grece latine introductio dicitur . . . ei Socrates sit filius.»

P. 160—167 glossæ latinæ tum in margine cum inter lineas. Differt ab interpretatione Boëthii edit. Migne, P. l. 64.

VI. P. 174—239: *Computus Helperici.*

P. 174 præcedunt versus Bedæ: „Me legat annales qui vult . . . astra poli.“

P. 174—176: «*Incipit præfatio Helphrici de arte calculatoria.* Cum fratribus nostris adolescentioribus . . . subliniora rimetur. Explicit præfatio. Incipit libellus calculatoriæ artis *Helphrici.* De anno solari.»

P. 235—236: «*Epilogus Helprichi.* Nos scolasticorum nostrorum rogatu . . . facilius assequantur.»

Edit. Pez, Thesaurus II, 2, 182—222. — Migne P. l. 137, 15—48.

In codice nostro deest prologus ad episcopum Asprum. Abundant glossæ marginales et interlineares. De codice mentionem feci in Centralbl. f. Bibliothw. 2. (1885) 226. et Jahresbericht Eins. 1886. p. 10. — Cf. Calmet, Diarium 51. — Morel, Serapeum 1, 358. — L. Traube, N. Archiv 18 (1893). 80. qui ib. 71—99 fusius de hoc opusculo tractavit. — Fabritius Bibl. lat. 2, 188.

P. 236—237: (eadem manu: *de partibus anni etc.*) «Annus solaris habet IIII tempora, . . . partes proprias XC. LX.»

In margine variæ glossæ *de letania Romæ, nomina IIII mulierum, trium mayorum etc.*

P· 238: *Prisciani versus 12 signis ex epitome phænomenon Arati.* «Ad boreæ partes . . . Heridanique fluenta.»

Ed. Wernsdorff Poët. lat. 5. 520.

Sequuntur *signa numerorum latinorum et græcorum* item græcorum verbis expressa: „Mia dya tria tessera . . . Olimpias quinquennale certamen dicitur.“

In margine: „*Ordo lunæ et cursus maris* quomodo crescit . . . *Mensium nomina.*“

P. 239: *(De Deo)* «Deum intellegamus esse sine quantitate magnum . . . eius obesset creaturæ.»

Interpretatio aliquot vocum hebraicarum et græcarum: «Christus hebraice, Quirion grece . . . Ruha hebr. Pneuma grece.»

P. 175 in inferiore margine manus anni 1046 hæc scripsit et statim extersit: „ab origine mundi ad hunc annum quo rex heinricus consecratus est a papa cle(mente.)“

In operculo anteriore agglutinatum est fragmentum bullae pontificiæ. In eodem P. Gallus Morel indicem codicis notavit.

P. 1 manu S. X—XI: *Dedicationes ecclesiarum monasterii Einsidlensis* in Endinga, Regali, Burgheim, Lilaha, Ascenzaha, Quadrauedes, Campis, Chaltebrunna, Uvenovva, Steueia, Mediolano (Meilen.)

Simile in cod. **319**, 300. Ed. Mone, Zeitschr. 17, 127. — Cf. ib. 36, 125, — Gerbert, Hist. nigr. silv. 1, 149. — Nüscheler, Gotteshäuser d. Schweiz II, Zürich 1867. p. 382. — Pertz, Archiv, 8, 736.

---

30. (4 Nr. 47.) **S. Pauli epistolae.**

S. XII. Membran. 220 × 170. 223 paginæ, recte 224 quia 11 et 30 bis numerantur, 154 omittitur. Quaterniones signantur I—XIIII.

H. de Ligertia hinc inde manus, litteras initiales et p. 6 figuram S. Pauli rudi calamo adpinxit. Pro pluribus litteris initialibus spatium vacuum relictum.

P. 1—6: «*Argumentum in epistolam ad Romanos.* Aepistolæ Pauli ad Romanos causa hæc . . . sed emendatos ostendens.»

P. 7—221: *(Epistulæ Pauli)* «Paulus seruus Jesu Christi . . . omnibus uobis. Amen.»

In margine passim indicantur divisiones pro lectione matutina in choro. T = Tu autem domine miserere nobis.

Glossæ et notæ latinæ tum in margine tum inter lineas verba textus per synonyma explicant et illustrant. — Cf. Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 261.

P. 222—223: (altera manu S. X—XI, binæ columnæ. *Fragmentum tonarii seu directorii cantus* cum neumis). «Si natale domini feria II evenerit . . . Cum esset desponsata.» Continet regulas pro vigilia nativitatis domini, ubi etiam fit processio «ad s. salvatorem» et «inde egredientes» «in basilica».

---

31. (4 Nr. 46.) **In Joannem.**

S. XII. Membr. 193 × 130. 164 pp. Primum folium addiditium non numeratur. Quaterniones non signantur. Variæ manus. — H. de Ligertia aliquoties maniculas addidit.

Initium deest ad cap. I. v. 46. P. 1—164: «et feminæ natum intelligat . . . et a. u. u.»

F. 1. manu S. XIV: „Iste liber fuit concessus fratri M. de Scafuso tempore quo legit in Thurego et si eum mori contingat debet reddi claustro loci Heremitarum Constantiensis dyocesis prope Thuregum.“

---

32. (4 Nr. 4.) **Glossae. Tractatus de medicina.**

S. X—XII. Membr. 175 × 130. 357 paginæ, recte 358 quia 39 ter numeratur, 344 omittitur.

I. P. 1—222. *Glossæ.* S. X.

Quaterniones signati tum I—XIV cum (manu S. XIV) ab initio a—o. Binæ columnæ Variæ manus.

«*[J]ncip[iunt] Glose ex primo libro Prisciani.* Constantinopoli scripsit Cæsariensis . . . cuius et liber.» Desinit abrupte. P. 3: «Inc. son. etiam sunt de e. pirs.» 17 Explicit de primo libro, incipit de secundo. 28 Incipit de III° libro. 33 de libro IV°. 45 de libro V. 60 Explicit de libro V. De libro VI. 70 de libro VII. 76 Incipit de verbo lib. VIII. 85 Expl. lib. VIII. Incip. VIIII. 100: Incip. de temporibus. 101 de modis. 103 de figuris incip. 105 de coniugationibus. 108 De perfecto. lib. VIIII incip. 115 De præpositione liber XIIII incipit. 116 Liber XV. de adverbio. 117 Incipit de coniunctione lib. XVI. 118 Incipit liber de constructione XVII. 132 Explicit de libro I. Incipit de

II°. 144—149: «De tiaro pilleo explicit. Videritis stellas illic ubi circulus axem . . . ne suffocata cruore.» Varii variorum versus.

F. 22: «*De purgatorio ex concilio Florentino sub papa Eugenio.*»

De auctore Joachim Eichhorn abbate Einsidlensi 1544—1569. cf. Allg. d. Biogr. 5, 730. — Hartmann, Annales 458—461.

---

67. (Nr. X.) Raphaël, Apophtegmata.

S. XVII. (1695.) Charta. 4°. 61 folia. Folia 1—4, 60 et 61 vacua. — Corium nigrum, ora deargentata.

F. 5: *Centuria prima Apophtegmatum Illustrissimi ac Rev.mi S. R. I. Principis Raphaelis, monasterii Einsidlensis abbatis anno 1695.* Sunt 104 Apophtegmata varii argumenti.

Auctor Raphael Gottrau, Helveto-Friburgus, electus abbas Einsidlensis 1692, resignavit 1698, † 1707.

---

68. (8. Nr. 31.) De Voragine, Quadragesimale.

S. XIV. Membr. 169×129. Præcedunt tria folia vacua non numerata. 326 paginæ. Antiqua manus numeravit 169 folia, omittendo numeros 56—59, 74, 78, 80. Binæ columnæ. Variæ manus. — Quaterniones signantur I—XVI. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—305: «*Quadragesimale sermonum fratris Jacobi de Voragine magistri in theologia, ordinis fratrum predicatorum, archiepiscopi Januensis provincie Longobardie.* Filia populi mei, induere cilicio . . . Dominici patrum nostrorum perducat nos dei filius qui cum patre et spiritu . . . seculorum. Amen.»

P. 306—324 Index.

Sunt sermones 1—98 sicut numerantur in superiore margine. Non inveniuntur in editione inter Incunabula 138 de anno 1484 sed in ed. Moguntina 1616. (Df. 517.) T. II p 1—209 ubi dicitur *quadragesimale aureum.* De auctore cf. Fabritius, Bibl. lat. 2, 310.

P. 325—326 vacat.

P. 1 [manu S. XV]: „Iste liber est fratrum Carthusiensium prope Friburg."

---

69. P. Joachim Müller, Sermones.

S. XVI. (1588—89.) Chart. 170×105×35. Folia non numerata. — Ligatura corium album.

P. 1: «*Dominica I Aduentus [15]88.* Benedictus qui venit in nomine Domini, Matth. 21. Hodie celebratur initium Adventus Domini.»

Sunt conceptus sermonum pro diebus dominicis et aliquot festis Sanctorum, pro DD. Glaronensibus etc. Auctores ex quibus haustum est indicantur Gerson, Ludovicus Granatensis, Egk, Surius; alibi: „proprio Marte." Auctor erat Thuricensis et parochus Einsidlensis † 25 Martii 1589. Cf. Chronique d'Einsidlen (1787) I. 223—224 („un recueil de ses sermons pleins de feu et d'onction") et Régnier, Chr. d'Eins. 158.

---

70. (8. Nr. 52.) **P. Joachim Müller, Sermones.**

S. XVI. (1577—79.) Chart. 161×105×24. Folia non numerantur. — Ligatura pergamena, fragmentum libri ritualis S. XV.

Sunt 40 sermones autographi, partim latine, partim germanice scripti variis locis dicti v. gr. De s. Maria Magdal. Raperswilæ 1577. Die S. Osualdi, Tugii 1577. In dedicatione Pfefficon. In die S. Meginradi Mart. ac patroni nostri 1578. In dedicatione Angelica 1578. De S. Meginrado 1579. Lucernæ in annua supplicacione magna in profesto Annunciationis B. Virginis anno dni. 1579. Historia dedicacionis Sacelli B. Virginis (in dedicacione S. Sacelli.) etc.

De auctore cf. cod. **69.** Paucas lineas e sermone de S. Meinrado ed. P. Gallus Morel, Rede auf d. Fest d. h. Meinrad. Einsid. 1861. p. 47.

---

71. (8. Nr. 6.) **Sermones fratris Lucæ de Bitonto.**

S. XIV. 1—266 Membr. 267—270 Chart. 165×120. 270 folia; primum non numeratur; 177 omittitur. F. 1—170 ab antiqua manu signata. — Tabulæ ligneæ, corio rubro obductæ.

I. F. 1—171: *Lucas de Bitonto.*

Binæ columnæ. — Quaterniones signantur I—IX.

In folio addiditio præmisso: „*Hec sunt Miracula sive Exempla scripta in isto libro.* De obitu bonorum 4. . . , Captiuus liberationem. Jo. 8."

F. 1: «*Incipit prologus in sermones fratris Luce ordinis fratrum minorum.* Narraverunt mihi iniqui . . . infinita secula. Amen. Explicit prologus.»

F. 2—169': *[Sermones.]* «*De Dominica infra octauam natiuitatis Domini.* Propter nimiam caritatem . . . prestante qui est benedictus in secula seculorum. Amen. [Altera manus addidit in margine: «Laus et gloria . . . finem operis. Amen.»] Expliciunt sermones fratris Luce de ordine fratrum minorum.»

Sbaralea, Supplementum ad scriptores trium ordinum S. Francissi p. 498 recenset sermones Lucæ Bituntini. — Cf. Ehrle, hist. biblioth. vatican. I, 225.

F. 169'—171: «*Sermo de prelatis.* Curam illius habe . . . deum debitorem etc. Amen.»

F. 171—171': «*Feria IIIIª infra octavam Pasche. De opere Saxonis.* Ascendit Symon Petrus et traxit . . . de nobis Deus. Amen.»

F. 171: «*De spiritu sancto. De opere Saxonis.* Repleti sunt omnes spiritu . . . Quod vobis prestare dignetur Deus. Amen.»

II. F. 172—208. *[Sermones diversorum.]*

Restant numeri foliorum 43—83, antiqua manu signatorum. — Binæ columnæ.

«Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorum . . . et supermundanus sapor X.»

In margine inferiore altera manus argumenta sermonum indicavit, aliquoties etiam auctorem

Rusticanum fol. 195. De decem preceptis. Dom. XIII post Pentec. F. 203 De partibus que cedunt dyabolo et que deo. F. 203' de tribus miraculis. F. 204 De matrimonio, viduitate et virginitate. F. 204': «Ex Egypto vocavi filium meum.» F. 205: De die iudicii . . .

F. 208' [altera manu]: «*In die Parasceue.* O uos omnes . . . docet et facit.»

III. F. 209—214: *Sermones.*

Binæ columnæ. Folia antiqua manu signata 42—47, differunt tamen a parte II huius codicis. F. 214' pro fine sermonis nota in margine remittit lectorem ad p. 208'.

IV. F. 215—269: [*Sermones adumbrati a Dominica I. Adventus usque in Dominicam XXIV post Pentecosten.*] «Videbunt filium hominis uenientem . . . spiritualia appetere in omnibus. Expliciunt collaciones etc.»

V. F. 270' [altera manu: Nomenclator variarum vocum latinarum ordine alphabetico] «Abscondere, accidere, . . . vobis, vilis.»

---

72. (4. Nr. 5.) **Sermones. Vita S. Nicolai.**

S. XII. Membr. 180×125. 73 folia, recte 71 quia 34 et 35 desunt. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. F. 1—33. [*Varii sermones etc.*]

Quaterniones signantur I—IIII.

F. 1 rescriptum. Super textum abrasum sæc. XI scripta est *Benedictio* vel *Missa super infirmum* pene evanida: «Veniatur qui est . . . sit super te. Amen.»

F. 1'—30 [*Sermones*]: *In nativitate domini, de S. Stephano, Epiphania, Quadragesima, de omnibus sanctis, quando volueris, de aduentu etc.*

F. 30—30': «*Hec sunt XV signa XX dierum ante diem iudicii.* . . . Prima die erigit se mare . . . ad iudicium resurgere.»

Ed. inter opera ven. Bedæ, ed. Colon. 1612. I. 494. — Migne, P. l. 94, 555. — Extat etiam libellus rarissimus s. l. e. a. sæc. XV editus de eodem argumento. Hain 14731. — Sæpissime invenitur in codicibus v. gr. infra **250**, 421. — Basiliensibus 167 et 177 (Wackernagel, altd. Handschr. 22.) Engelbergensibus 53, 259, 316. Guelferbytano 722 (Heinemann 2, 124). Parisiensi Nouv. acq. l. 352 (Delisle, Bibl. nat. 635). Reunensi 5. (Xenia Bern. II, 1, p. 10.) Sangallensi 10, 25 (Scherrer, Verz. p. 389.) Vaticano latino 247. (Stevenson I. 61.) et 619 (ib. 224.) et 653 (ib. 232) et 886 (ib. 316) metrice ib. 719 (l. c. 262). Zwettlensi 310 (Xenia l. c. 406). Idem germanice in cod. Dresdensi J. 45. d. (Schnorr v. Karolsfeld 2, 35.) — Cf. Haupt, Zeitschrift 3, 523—30. — Pfeiffer, Germania 8, 120; 12, 61. — Wiener Sitzgsber. 124, III. 15. Nr. 881. — Mysneri carmen germanicum de eadem re ed. Gräter, Bragur VI. 1. p. 19—20.

F. 30'—32: [*De apocalypsi.*] «Sanctus Johannes qui supra pectus . . . isti lapides significant.»

F. 32' [*Altera manu: Duæ præfationes diverse cum neumis pro festis Apostolorum*]: «In conversione S. Pauli, in cathedra . . . tacemus. Et ideo.» [*Rubrica de symbolo Nicaeno*]: «Credo in unum canimus in omni dominico die . . . in unum canimus.»

F. 33 [*Tertia manu. Regulæ diæticæ pro singulis mensibus*]: «Januarius dicit: Meis diebus de uino optimo . . . potio sit spicum, peretrum, gingibus, sauina.»

II. F. 36—52 [*Notæ in evangelia*]: «*Evangelice lectionis hec denotatur exposicio s. Mattheum.* Appropinquans Jesus Jherosolimis . . . cum omnibus sanctis. Amen.»

F. 52. lacerum, medietate vacuum.

III. F. 53—60. [*Varia.*]

F. 53—54' [*De oratione*]: «*Hic interpellat omnes orare.* Jacobus apostolus dicit Orate pro invicem . . . illuc perveniendi quod . . . seculorum. Amen.»

F. 54—55: «*Albinus de VII sigillis.* Primum sigillum Natiuitas . . . ueni sequere me.»

Ed. Froben II. 458. Hic paucæ lineæ adduntur. — Cf. Morel, E. Handschr. d. lat. K. V. 243.

F. 55' [*Genealogia B. V. Mariæ*]: «Ex testimoniis IIII euangelistarum . . . Joachim uirgo permansit.»

F. 56—57': [*Miraculum de Iudæo et imagine Christi.*] «Est ciuitas que uocatur Byritho . . . que dominus ostendit.»

Ed. inter opera spuria S. Atharasii apud Migne P. G. 28, 805. — Idem in cod. Bruxell. 9290. — Cf. Cat. Codd. hagiogr. 2, 300 et 9398 ib. 328 et Paris. 745. Cat. hagiogr. 1, 14 etc. 2, 549 etc.

F. 57'—59: «*De decem præceptis.* Primum est præceptum in lege . . . internam fidem rapit.»

F. 59—60: «*Item. De ueteri testamento.* Quocienscunque nobis lectiones . . . de domo domini.»

F. 60' [*Altera manu. Pronostica temporum*]: «*De qualitatibus temporum per singulos annos quas deus ostendit Esdre prophete.* Si Kalendis Januarii in die dominico . . . uindemia erit bona.»

Satis differt ab ed. Bedæ (Colon. 1612). I. 390. — Migne P. l. 90, 951. — Sæpissime in codicibus habetur. v. g. infra **116,** 185; **321,** 26; in Dresdensi F. 159. Bl. 73 (Schnorr I, 409.) Q. II 22. — Cf. N. Archiv 6, 272 et Hartel, Bibl. Hisp. Wien. Sitzgsber. 111 (1886) p. 525, — Parisiensi. Cf. Delisle, Biblioth. nation. II. 708. fol. 78. — Reunensi 22, 5. Xenia Bernard. II. 1. 19. — Idem germanice supra **53,** 288; in Dresdensi A. 126. 16. (Schnorr I. 59) et Heidelbergensi 283. (Bartsch 155.) Cf. Reinberg-Düringsfeld, Festkalender aus Böhmen (Prag, 1864) p. 8. — Hist. pol. Bl. 51, 842. — Münch. Sitzgsber. 1879. II 89. — Varii textus franco-gallici cf. Notices et Extr. 34. I, 237.

IV. F. 61—73' [*Vita S. Nicolai ab Othlone scripta*]: «*Incipit uita Nicolai.* Nicolaus itaque ex illustri prosapia . . . sub neglegentia habebatur.»

Eadem vita, aliquot capitibus aucta extat in Clm 14419. f. 12—42, ex quo caput, in nostro codice ultimum, *miraculum in ecclesia S. Emmerami* Dümmler vulgavit in N. Archiv 10, 408—409. Cf. ib. 9, 245 et 11, 403- 427.

---

73. (12. Nr. 12.) **Sermones de Sanctis excepti de novo Rusticano.**

S. XIII. Membr. 150×110. 334 pp. sed minus recte quia 1 ter, 213 bis numerantur, 177, 266, 273, 282, 308, 331 omittuntur. — Binæ columnæ. — Sexterni signantur antrorsum 1—13. — Tabulæ ligneæ corio rubeo obductæ; superest uncus quo per catenam liber alligatus fuerat.

P. 1—172 [*Bertholdi Ratisbonensis sermones de Sanctis*]: «Sermones excepti de novo Rusticano.»

De Fr. Bertholdo scribit Johannes Vitoduranus in suo Chronico: „Ipse fuit linguæ diserte . . . et patet in diversis voluminibus ab eo compilatis sermonum, quos *rusticanos* appellari voluit.“ Ed. v. Wyss, Archiv f. Schweiz. Gesch. 11. (Zürich 1856) p. 15. Cf. Jakob, die latein. Reden des seligen Berthold v. Regensburg. Ib. 1880. Codex continet sermones 46 quorum numerus in summa pagina indicatur. Hic addam numeros secundum ordinem quem habet Jakob, l. c. p. 55—73 secundum alios codices.

1. p. 1. «*De anglis. (!)* Significavit deus que.» Jak. 2.
2. et 3. (Jak. 5.) *De S. Francisco.*
4. *Sermo communis et utilis* [de S. Dionisio Jak. 6.].
5. (Jak. 9.) *Symonis et Jude.*
6. 7. (Jak. 10. 11.) *Omnium Sanctorum.*
8. (27) [*De animabus.*]
9. (14) *De S. Martino.*

10. (16) *De S. Elisabeth.*
11. (64) [*De resurrectione.*]
12. [*De passione.* Finis huius sermonis legitur p. 121. 123.]
13. (Jak. 17.) *De beata Cecilia. De triplici statu ecclesie, coniugatorum.*
14. (19) *De S. Katherina virg.*
15. (21) [*De S. Andrea.*]
16. (23) [*De S. Nicolao.*]
17. (26) [*De S. Thoma.*]
18 (31.) [*De S. Stephano.*]
19. (33.) [*De S. Joh.*]
20. 21. (34. 35) *De Innocentibus.*
22. (37) *In circumcisione domini. De tribus generibus filiorum dei.*
23. (38) *In circumcisione domini.*
24. (39) [*In Epiphania domini.*]
25. (46) [*In Purificatione.*]
26. (48) [*De S. Agatha.*]
27. (51) [*De S. Mathia.*]
28. (53) [*In capite jejunii.*]
29. (60) [*In cena domini.*]
30. (61) [*In Parasceue.*]
31. (65) [*In Pascha.*]
32. (73) *In festo S. Johannis ante portam latinam.*
33. (79) [*De Ascensione.*]
34. (80) [*In Pentecoste.*]
35. (86) [*De Joh. Baptista.*]
36. (89) *In festo Apostolorum Petri et Pauli.*
37. (95) [*De S. M. Magdalena.*]
38. (99) *In inuencione S. Stephani.*
39. (102) [*Laurencii.*]
40. (104) *In festo S. Clare virginis.*
41. (105) *Item de S. Clara.*
42. (106) *In vigilia assumpcionis.*
43. (111) *In assumpcione beate virginis.*
44. (112) *De S. Bartholomeo.*
45. (113) [*De eodem.*]
46. (117) *In vigilia natiuitatis beate virginis.*

P. 142—245: *Sermones communes de nouo Rusticano.* [Hi sermones non habent numeros in codice.]

P. 142. [*De Apostolis.* Jakob. l. c. p. 74. Nr. 4.]
P. 175. [*De Apostolis.* ib. 5.]
P. 179. [*De Apostolis.* ib. 12.]
P. 182. [*De Apostolis.* ib. 14.]

P. 184. (Jak. 17) *De uno martyre.*
P. 188. (25) [*De eodem.*]
P. 191. (26) [*De eodem.*]
P. 193. (Jak. 28) [*De uno martyre.*]
P. 194. (36) [*De plur. martyribus.*]
P. 198. (cf. not. 1. Jak. p. 80.)
P. 201. (39) P. 203. (42) P. 206. (44) [*De pl. martyr.*]
P. 210. (49) [*De confessore non pontifice.*]
P. 212. (50) [*De confessore pontifice.*]
P. 216. (54) [*De eodem.*]
P. 219. (60) P. 222. (61) P. 226 (63) P. 229 (64) P. 231. (65) P. 233 (69) [*De virginibus.*]
P. 237. (75) [*In dedicatione.*]

P. 241: «*Sermo de passione domini·* Vadam ad montem . . . Aliquando invenire (?) sancta anima volens . . .»

P. 245—325: «*Commune sanctorum secundum ordinem.* Hoc est preceptum ut diligatis . . . In hiis verbis tria occurrunt consideranda . . . salutarem perceptionem admittitur. Hic fac finem.»

P. 325 [altera manu: *De genealogia Christi*] «Liber generacionis Jesu . . . solium eburneum gradus.»

P. 326—329 [tertia manu]: «*Dominica III in Quadragesima.* Ambulate in dilectione sicut . . . tunc dicere possumus a timore.»

P. 330—333 [alia manu]: «*Infra octavam assumpcionis.* Maria optimam partem . . . videre mereamur. Quod prestare nobis etc. Amen.»
Est Rusticani. Cf. Jakob. l. c. p. 71. Nr. 109.

P. 333—334 [alia manu]: «Ecce nos reliquimus omnia etc. . . . Hoc nobis prestare dignetur. Amen.»

---

74. (8. Nr. 22.) **Sermones.**

S. XIV. Membr. 157×113. 192 pp. Quaterniones numerantur (I)—X. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—191: [*Sermones breves de tempore a dominica I Adventus usque ad XXV post Pentecosten.*] «Ecce rex tuus venit tibi. In hiis verbis propheta consolatur sanctos patres qui diversis tribulacionibus . . . offendit et percussit que.» Cetera desunt.

P. 192 [altera manus varios versus addidit]: «Regula clericalis est omni tempore talis. Non laborat . . . abissum sine volo.» «Nullus aut modicus sit sompnus meridianus . . . capitis atque catharrus.» «Quatuor ex vento proveniunt . . . periculum mittere flatum.»

---

75. (4. Nr. (11.) 95.) **Commune Breviarii vf papir geschriben.**

S. XVI. (1514.) Chart. 204×152. 131 paginæ, recte 132 quia 98 bis numeratur. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio partim obductæ.

P. 1—131: [*Pars Breviarii Romani. De communi sanctorum.*] «*In natale apostolorum ad vesperas capitulum.* Jam non estis hospites . . . sequitur Christi. Tu.»

P. 119 numerus 1514 videtur innuere annum quo codex scriptus est.

---

76. (8. Nr. 23.) **Cristanni sermones.**

S. XVI. (1509.) Charta. 152×104. 183 pp. recte 208 quia priora 12 folia vacua non numerantur, 142 bis numeratur. Sexterni non signati. — Charta corio rubeo obducta.

P. 1—110: «*Incipit Quadragesimale super epistolas venerabilis patris fratris Petri Cristanni.* Tempus faciendi domine. Ps. 118. . . . et gloria eterna. Amen. *Explicit Quadragesimale* venerabilis patris fratris Petri Cristanni ordinis minorum. Scriptum et finitum per me F. Philippum Beham dicti ordinis predicatoris clarissarum in orto Marie in Sefflingen. Anno domini 1509, 7a die Februarii.» De auctore nullibi aliquid scire potui.

P. 111: «*De varia exposicione Sacre Scripture Notabile.* Scriptura sacra quatuor . . . potuerunt vel potuissent.»

P. 112 vacat.

P. 113—173: «*Incipit Quadragesimale super ewangelia venerabilis patris fratris Petri Cristanni.* Faciem tuam lava. Matth. VI. . . . infinita secula seculorum. Amen. Explicit Quadragesimale per me fratrem Jodocum Corneo.»

P. 174—177: *Tabula super Quadragesimale de Ewangeliis.*

P. 178—183 vacant.

---

77. (12. Nr. 13.) **In decalogum.**

S. XV—XVI. Chart. 5 folia membranea. 143×100. 49 folia, antiqua manu signata 137—185; patet ergo initium, p. 1—136 perditum esse. Quaterniones non signantur. — Ligatura chartacea, partim corio rubeo obducta.

F. 137—145: [*Varii sermones* quorum initium deest.] *In die circumcisionis domini, in die epiphanie, de septem generibus lacrimarum.*

F. 146: *Prologus in precepta decalogi.* F. 147': *Sermo generalis decalogi. F. 152 Primum preceptum etc.* F. 180' Decimum preceptum.

F. 184'—185' [*Sermo de oratione*]: «Amen amen dico vobis, si quid petieritis . . . vos perducat qui vivit et regnat in s. s. Amen.»

III. BREVIARIA.

---

78. Psalterium.

S. XV. Membr. 250×195. 39 folia præter primum non signatum. Quaterniones signantur I—IIII sed quarti tantum duo folia supersunt. Reliqua omnia inde a psalmo 50 desunt, ita misere codex truncatus. — Tabulæ ligneæ corio rubeo obductæ. Litteræ initiales artificiose depictæ. Spatia vacua linearum passim figuris florum, avium etc. repleta sunt. Tres supersunt litteræ initiales maiores deauratæ sed a rudi manu pene extinctæ. In margine superiore scriptor indicavit qualem litteram et rem pictor appingere debeat et quidem

Fol. 1: „B. trilvaltkeit mit dien vier ewangelisten."

F. 21': „D. sant annen mit ir kinden."

F. 36': „D. als unsr vrouwe die sele under dem mantel truog."

F. 1—38': «*Incipit psalterium David regis.* Batus (!) vir qui non abiit . . . miserationum tuarum dele in.» Desunt cetera.

F. 39 altera manu S. XV: „Anno domini Millesimo quatrigentesimo nonagesimo octavo in vigilia Sancte Katharine." Sequuntur 7 benedictiones de B. V. Maria.

Agglutinatum est scutum gentilitium, æri incisum: «Hans Martin Schwitzer zu Buenas Schultheiss.» [†1713. Cf. Geschichtsfr. 33, 238—239; 35, 167—168.] F. 1 manu s. XVI: «Præsens liber pertinet in Castrum apud Tugiensium in Helvetiis lacum quod tenent nobiles Hertensteinensium. Et pertinebat in Capell ubi erat Monasterium. Et huc donatum est per unum monachum post Catolicorum et Zwingliensium bellum, dum numerus Christi erat Mille quincentum et circum tricesimum octavum annum. Ergo omnes pregate et clamate ad deum ut veniant ad veram fidem et Evangelium et ut Deo erigatur iterum Domus supradicta vel Monasterium. Et tunc revertamur illuc hunc librum. Est hoc a me collectum et scriptum et hic inferius invenis nomen meum. Henericus Porter 1547.»

---

79. (4. Nr. 70.) **Hucbaldus.**

S. X. Membr. 248×190. 109 pp. recte 110 quia 3 bis numeratur. Quaterniones I. II. III. antiqua manu signati. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1 vacat. P. 2—65: [*De harmonica institutione.*] «Sicut vocis articulate elementa . . . Deus tu convertens.» Errore bibliopegæ codex erronee ligatus est; recto ordine paginæ sic sequuntur: 1—45; 66—109; 46—65.

Congruit cum editione Gerberti, Script. de musica I, 152—213, qui hoc codice inter alios usus est, excepto quod hinc inde spatium pro figuris vacuum relictum est pp. 71, 98, etc. Inde a p. 102 codex cum editione iam non amplius consentit. Gerbertum secutus est Migne P. l. 132, 957—1026.

Hucbaldo perperam a Gerberto hoc opus attributum esse ostendit Hans Müller, Hucbalds echte und unechte Schriften über Musik. Leipzig 1884, qui 1883 hunc codicem inspexit. Cf. Gerbert de cantu et musica sacra 2, 112 etc. Aliud opus in cod. **169**, 113.

80. (Fol. Nr. 22.) **Breviarium antiquum. Pars Aestiualis. E. 19.**

S. XV. Charta. 300×220. 368 folia, recte 354 quia 271 bis numeratur, 55, 111, 112, 154, 330—339, 343 omissa sunt. Post f. 100 folium excisum est. Binæ columnæ. — Ligatura chartacea cum dorso membraneo.

F. 1—13 [*Hymni*]: «*De sancto spiritu Ymnus.* Veni creator . . . Deo patri sit gloria.»

F. 13' vacat.

F. 14—179': [*Officia de tempore a Pentecoste usque ad Dominicam XXV post Pentecosten.*]

F. 179'—194: *Hystoria corporis Christi.*

P. 194—314: *De festis Sanctorum. Festa vero usque ad adventum Domini que ab inicio Junii celebrantur abhinc sine intermissione inveniuntur. In nativitate sanctorum Marcellini et Petri.*

F. 315—365: *Incipit Commune sanctorum per totum annum ubi non habetur proprium. Et primo de Apostolis.*

F. 364—368 [altera manu]: *Hystoria martirum Felicis et Regule et Exsuperancii etc.*

F. 368—368' [tertia manu]: *Placiti et Sigberti.*

Cf. Morel, Hymnen 4, 139, 257, 273 etc.

---

81. (Fol. Nr. 30.) **Breviarium. Pars Hiemalis.**

S. XV. (1462.) Chart. 310×215. 274 folia, antiqua manu numerata, præter primum. Fol. 175—182, 189, 190, 270, 272 desunt. — Binæ columnæ. Quaterniones non signati. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et impressæ.

F. 1—172: [*Officia de tempore ab aduentu usque ad vigiliam Pentecostes.* In fine]: «Deo gratias. Anno domini 1462 in festo sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani post Vesperas hora undecima etc. H. M.»

F. 172' vacat. F. 173—174 *fragmentum officii defunctorum.*

F. 183—188' [*Hymni varii*].

F. 191—265': «*In nomine domini incipit pars hiemalis de sanctis. Et primo de vigilia s. Andree secundum Johannem* . . . Laus tibi Christe. Finitum in festo Cecilie 1462. Et inceptum in vigilia S. Jacobi Apostoli 1462. H. M.» (?)

F. 265'—269 [altera manu]: «*In dedicatione templi.* Ad Vesperas . . . adoremus in eum etc. Sennahoi refui r in Uflusen sr.» quod partim inuerse scriptum ita legendum censet P. G. Morel: Johannes Jufer rector in Uflusen scripsit.

Breviarium ecclesiæ Thuricensi destinatum fuisse patet cum ex officio de S. Karolo f. 224—225, (ed. Morel, Hymnen 246—249) tum f. 245' ubi dicitur: „Et hoc secundum Chorum prepositure Thuricensis.“ et f. 167 in margine inferiore altera manus addidit: „Nota secundum chorum prepositure Thuricensis ad . . .“ Cf. Büdinger, von d. Anfängen des Schulzwangs (Zürich 1865) p. 20. nota. Morel l. c. 5, 10 etc.

F. 141' notandus ritus in resurrectione domini ubi alternatim cantant sacerdotes, plebanus in persona angelorum et alii in persona mulierum.

F. 269'—271' vacant.

F. 273 alia manu S. XVI: «*Forma recognicionis debitorum*. Ego Caspar rector ecclesie in Zell recognosco hiis presentibus . . .»

F. 273'—274 et in folio primo non numerato [*Varia præcepta medica etc.*]: «Wenn einem ein geschulst wachst.» «Für das für sancti Anthonij verum et probatum.»

In operculo anteriore eadem manu: „Ego Caspar rector ecclesie in Zell recognosco . . . capelle corporis Christi in Ettiswil . . ."

Ibid. nomen possessoris „Anthonii Frantzen 1509." Idem possessor nr. **49**, **221**, **224**. In operculo fragmentum membraneum diplomatis germanici sæc. XV.

---

82. (Fol. Nr. 184.) **Breviarium Constantiense. Pars æstiva.**

S. XV. Chart. 305×215. 327 folia, recte 332 quia 295 omittitur, 21, 59, 315 bis numerantur, et inter 291 et 292 tria folia vacua relicta sunt. F. 12—327 binis columnis. Sexterni non numerantur. — Tabulæ ligneæ corio rubeo, partim albo obductæ et bullis æreis ornatæ.

F. 1—6': *Kalendarium* in quo 9 Sept: «Dedicacio ecclesie Constanciensis» quod indicat originem libri.

F. 7—11 vacant. F. 11'—128: [*Proprium de tempore a vigilia Pentecostes usque ad dominicam XXV post Pentecosten.*]

F. 128—288: «*Sequitur abbreviacio de festis sanctorum tempore estivali . . . primo de S. Johanne Baptista* . . . intercedere dignetur electis.»

F. 288—291 [additur altera manu]: «*Hystoria de presentacione gloriosissime virginis Marie secundum chorum Constanciensem. Ad vesperas super omnia* . . . transfer cum beatis. Orationem in primis vesperis. Completa hec hystoria et data a domino Constanciensi anno 1470. Jo. Widler scripsit.»

F. 292—324: «*Incipit commune sanctorum per circulum anni.*»

F. 325—227' [*Addidamenta.*]: «*Nota hic secuntur aliqui defectus libri presentis et prescripti a principio secundum ordinem sui et primo ad nocturnum infra festum Penthecostes. Ymnus.* Jam Christus astra . . .» In fine plurima folia abscissa sunt.

In operculis et plicaturis fragmenta diplomatis latini episcopi Constantiensis.

Cf. Morel, Hymnen 5, 10, 52, 139, 181, 281—283 etc.

---

83. (Fol. Nr. 198.) **Breviarium antiquissimum.**

S. XII. Membr. 340×260. 462 folia. Quaterniones non signati. A fol. 108—962 binæ columnæ. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

F. 49', 105 et 377 litteræ initiales artificiose depictæ. Cf. Rahn, Gesch. d. bild. K. in d. Schw. 300. n. — H. de Ligertia tum maniculas tum versus et notulas hinc inde adscripit. Cf. l. c. 45—47.

F. 1'—8. [*Kalendarium Einsidlense* ubi etiam indicantur hymni, versus, antiphonæ etc. pro quolibet festo.]

F. 8': «Si vigilia nativitatis domini in dominica evenerit hæc responsoria cane . . .» «Dominica post nativitatem domini . . .»

[Altera manu s. XIII antiphona cum notis musicis]: «Arte mira miro consilio . . . radicitus. e. V. o. V. a. e.»

[*Nota de dedicationibus* manu s. XIII.]: «Capella inferior est dedicata in honore sanctorum Johannis . . . Affre Mart.» Partim ed. Geschichtsfr. 42, 129.

F. 9—104' [*Antiphonarium cum neumatibus de tempore et de sanctis etc.*]: «Dominica III ante natale domini . . .»

F. 27'—28: «*In natali S. Meginradi mart. . . .*»

F. 49': *Resurrectio domini*, ed. Lange, latein. Osterfeiern p. 32. — Cf. Schubiger, Sängerschule 21. et Monumenta Nr. 24.

F. 105—262': [*Lectiones de S. Scriptura per anni circulum.*] «*Incipit liber Esaie prophetæ.* Visio Esaiæ filii . . . eos in deserto.»

F. 263—317' [*Homiliæ sanctorum patrum super evangelia pro diebus dominicis*]: «*Dominica V ante natale domini. Lectio s. evangelii* secundum Johannem. In illo . . . *Omelia B. Augustini episcopi de eadem lectione.* Miracula que fecit . . . corruisset in mortem.» Sunt fere eaedem homiliæ, sed plus abbreviatæ que habentur in codd. **8, 9, 41** f. 8 seqq. et **42,** f. 10 seqq.

F. 318—358 [*Pro festivitatibus sanctorum*]: «*In vigilia S. Andreæ apostoli.* L. S. Evang. s. Johannem. In illo tempore . . . Omilia ven. Bede presbiteri de eadem lectione. Tanta ac talis . . .»

Ut **42,** 3', sed brevius. Sic et aliæ homiliæ habentur ibidem vel in cod. **41.**

Paucæ Vitæ sanctorum hic expositæ non sunt integræ quia finis earum deest.

FF. 221—224 et 329—332 a diversis manibus sæc. XIII—XIV suppleta sunt.

F. 358—362' [*De communi sanctorum*]: «*In natali apostolorum. Lectio s. evang.* . . . cum amore suscipimus.»

F. 362'—373: «*Incipit liber [h]ymnorum per anni circulum. In Dominica ad Nocturnos.* Primo dierum omnium . . .»

F. 373—376 [*Cantica*]: «*In Adventu domini.* Confortate manus dissolutas . . .»

F. 376' (manu s. XIV.): *Variæ orationes* [*in sancte Marie Magdalene.*]

F. 377—421: [*Psalmi David.*]

F. 421'—425: [*Cantica de prophetis, Esaiæ, Ezechielis, Annæ etc.*]

F. 424': «*Carmen Angelicum.* Te Deum laudamus . . .»

F. 425—426: *Pater noster, Symbolum Apostolorum, Fides Athanasii episcopi.*

F. 426—426' [Altera manu]: «*In Vigilia Defunctorum.* Verba mea. Dirige . . .»

427—435 [*Capitula sive lectiones breves pro toto anno*]: «*Lectiones de Adventu domini.* Venite . . . inuestigabiles uiæ eius.»

F. 435—459 [*Collectæ per annum, etiam pro defunctis*]: *Orationes de aduentu domini* . . .

F. 459—469: *Preces post Nocturnos et ad Cursus, pro omni gradu ecclesiæ ad Primam* (Confiteor) *VII Psalmi cum Letania, pro defunctis, pro elemosinariis, Benedictiones.*

F. 462′ [altera manu s. XII]: «*Lectio s. ewang. secundum Marcum.* In illo tempore . . . [*H*]*omilia ven. Bede presbiteri de eadem re.* Surdus ille et mutus . . . salute domino supplicant.»

Est Homilia 38, ed. Giles 5, 278—279 pro Dominica 12 post Trinitatem quæ exciderat supra fol. 311 ubi in margine notatur antiqua manu: „Quære in fine libri omeliam quæ hic deest."

Hoc breviarium per plura sæcula in usu fuisse patet cum ex variis augmentis sæc. XIII et XIV passim in margine additis et præcipue ff. 270 seqq. 279. 292′. 305. 321′. 358′ 360. 366—372 etc. tum ex situ et squalore quo præsertim extrema folia obducuntur. Plurima etiam folia scissa sunt et filis sericis varii coloris elegantissime resarcinata. — Cf. Schubiger, Sängerschule, Monum. p. 19. 21. Nr. 24. — Idem Pflege d. K. G. 18. — Landolt, Kloster Au 12. — Bäumer, Katholik. 3 Folg. II. (1890, II.) 512, 513 et III (1891) 54. — Idem, Gesch. d. Breviers 112, 255, 270, 336, 338, 347, 349 etc. — Morel, Hymnen 5, 10, 19 etc.

[*Urbarium sive recensio bonorum monasterii Einsidlensis in diversis locis* variis manibus S. XII—XIII describitur in marginibus ff. 105—120, 123′, 124, 127′, 128, 139′, 220.]

Edidit, commentario præmisso P. Gallus Morel in Geschichtsfr. 19. (1863) 93—112. Fragmentum parvum lacerum et difficile lectu ineditum superest in f. 1.

F. 106. [Manu s. XIII. Initium diplomatis de anno 1253:] „Notum sit omnibus quod Berhtoldus villicus in Chaltebrunnen . . ." quod integrum extat in cod. **248**, 1. Cf. Morel, Regesta Einsidl. 74. et Geschfr. l. c. 97. Ed. ib. 42, 142. — Pertz, Archiv 8, 737. — Morel, E. Handschr. d. lat. K. V. 243. 246. 249. 256. — Mone, Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins 4, 252.

---

84. (4 Nr. 25.) **Breviarium pro monialibus.**

S. XV. Chart. 205×195. 1207 pp. recte 1204 quia 303, 801, 919 omittuntur, primum non numeratur. — Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ. Post pp. 166 et 1155 inserta sunt foliola in quibus amanuensis descripsit quæ prius oscitantia omiserat.

P. 1—44 [*Hymni*]: «*Ymnus in dem aduent zuo der vesper.* Conditor alme . . . filii spiritus. Amen.»

P. 44′—55. [*Cantica.*] P. 56 vacat.

P. 57—103 [*Officium per hebdomadam*]: «Am sunnentag von dem zit des ersten *zuo der metti.* Deus in adiutorium . . . Hodie scietis.»

P. 103—660: [*Proprium de tempore.*]

P. 660—1134: «*Hie nach uahet an das von den heiligen die man begat durch das gantz Jar . . . Hie hat ein end das buoch von den heiligen die da nit eigens hand vnd des ersten von den apostolen* . . . Tota pulchra es.»

F. 202—207 vacant.

Cum festa duplicia sint 12 lectionum codex alicui conventui monialium O. S. Benedicti attribuendus esse videtur. — Cf. Morel, Hymnen 165, 193 etc

85. (4 Nr. 30.) **Breviarium.**

S. XIV. Membr. 210×150. 978 pp. sed 535, 765, 766 omittitur, 585 bis, 678 ter numerantur. Manus antiqua numeravit inde a pag. 13 folia I—CCCCX sed erronee inde a fol. CCCLXXXXI. Inter p. 480 et 484 est lacuna. Sexterni non signantur. — Variæ manus. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

P. 1—12 [*Kalendarium*]: «Jani prima dies et . . . Silvestri pape XII.»

Festa S. Benedicti 21 Mart. et 11 Jul. sicut 12 lectt. indicant breviarium O. S. Bened. Monialibus destinatum indicant variæ notæ germanicæ pp. 2, 11, 392, 730 etc. et oratio pro abbatissa nostra p. 822—823 et 916. P. 2 manus primaria notas necrologicas adscripit.

Variæ manus S. XIII in margine varia addiderunt v. gr. p. 2. „ad sanguinem restringendum accipe crura leporis . . .“ P. 9: „Quod cito fuerim sanus Gosmas facit . . .“ P. 12: „suoch V blat nach sant katerina.“

P. 13—730: [*Officia per anni circulum cum de tempore tum de sanctis*] «*Dominica prima aduentus domini ad vesperas capitulum.* Ecce virgo concipiet . . . Maiestatem tuam.»

P. 730—738: *In dedicatione ecclesie.*

P. 739—777 [*Commune sanctorum*:] Præcedit *hymnus de omnibus apostolis:* «Andrea pie sanctorum mittissime . . . ante secula. Amen.»

Chevalier, Repert. hymn. 1035. Ed. Mone 3, 61—63. Cf. Morel, Hymnen 152.

P. 778—779 vacat. P. 780 [altera manu: *Benedictiones.*]

P. 781—808: [*Appendix variorum festorum, SS. Catharina, Brigida Nicolaus, Thomas Ap.*]

P. 809—873 [alia manu]: *Varia officia, Litaniæ Sanctorum, Lectiones de scriptura pro diebus dominicis.*]

P. 873—875 [altera manu S. XIV: *St. Johannes minne, germanice.*] «Dis ist sant Johansus minne . . . enbeis enkeinw ieger man. Amen. ☩ Per crucis hoc signum fugiat procul omne malignum. Amen. ☩»

Ed. ex hoc codice L. Ettmüller in Haupt u. Hoffmann, Altdeutsch. Blätter, 2, 264 seqq. — Idem e codice Monacensi ed. K. Hofmann in Zeitschr. f. d. Alterth. 22, 242—245. Idem e cod. Weimariensi in Sitzgsber. München 1871. I. 457. — Cf. ib. 1870. 2, 16. — Bächtold, Gesch. d. d. Lit. in d. Schweiz 80. Anmerkg. 24. — Simile in codice Heidelbergensi 193. (Bartsch 109. Wilken 445.) et Vindobonensi. (Cf. Hoffmann, Altd. Handschr. zu Wien Nr. 224.)

P. 875—876 [*Versus de horis canonicis*:] «Patris sapientia veritas . . . corone. Adoramus te.»

P. 879—902: [*Homiliæ in evangelia. In fine abruptæ.*]

P. 903—916 [*Capitula sive lectiones breves per totum annum:*] «*Ad Vesperas in aduentu Capitulum.* Ecce uirgo . . . laus mea tu es.»

P. 916—918: [*Preces vel suffragia varia.*]

P. 918—973 [*Orationes sive Collectæ*:] «*In natali S. Stephani protomartiris.* Da nobis quesumus . . . omni aduersitate custodi.»

P. 973—978: «*Incipiunt orationes nocturnales . . . Incipiunt matutinales orationes* . . .»

Cf. Morel, Hymnen, 10, 13, 15 etc.

86. (4 Nr. 111.) **Vita S. Adelheidis.**

S. XV. Charta. 215×153. 72 pp. Primum folium vacuum, tertia parte abscissum non numeratur. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ et figuris ornatæ.

P. 1—28: «*Hystoria de Natiuitate seu festo Imperatricis Sanctæ Adelheid. Ad Vesperas. Antiphona ut sequitur . . .*» Cum notis musicis per totum. In fine: «Vester humilis atque indignus Capellanus Johannes Lemecker offert se . . .»

P. 29—59 [*S. Odilonis vita et miracula S. Adelheidis*]: «In huius igitur etatis . . . sancte Adelheide et omnipotentis dei. *Explicit uita sancte Adelheide imperatricis* [altera manu:] eiusque miracula.»

In margine notantur passim lectiones pro choro.

Ed. ex hoc codice Hartmann, Ann. Heremi in append. — Pertz, Mon. Germ. SS. IV 636—645. Cf. ib. 649, et 636 ubi tamen per errorem codex membranaceus dicitur.

P. 60 vacat. P. 61—71 [*Officium*, ut supra, sed sine notis musicis:] «De Natiuitæ Seu festo S. Adelheide. Ad Vesperas . . . Oracio ut supra. Deo gratias.»

P. 59 et 71: «Vester humilis atque indignus Capellanus Johannes Lemenecker qui offert se omnium memento ad quevis vestra beneplacita.»

P. 72 vacat.

Hymnum de S. Adelheide p. 61 ed. Hartmann l. c. Pertz l. c. 649. — Morel, Hymnen 186 (285, sed erronee.)

---

87. (4 Nr. 76.) **Breviarium abbatis Geroldi.**

S. XV. Membr. 212×148. VII et 350 folia, per totum ergo 357. Folia 1—350 ab antiqua manu signata sunt I—CCCXXXXVIIII quia CCLXVI bis numeratur. — F. 1—350 binæ columnæ. — Quaterniones signantur I—XLV. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

F. 21 et alibi litteræ initiales non spernendæ.

F. I vacat. F. II—VII: [*Kalendarium Einsidlense.*] F. III, 4 Martii notatur obitus Sigismundi, ducis Austriæ anno 1496.

F. 1—3: *Preces diebus dominicis, ad Primam cottidie, in aduentu et per LXXmam.*

F. 3'—10: *Hymni.*

F. 10—14': *Cantica dominicis diebus de aduentu etc.*

F. 14'—21: «*Regule subscripte declarant qualiter canendum sit omni anno per adventum . . .*»

F. 21—254: «*Officia de tempore ab Adventu usque ad Pascha.*»

F. 255—297': «*Incipit de Sanctis pars hyemalis. Et primo de s. Erhardo.*»

F. 298—338: [*Commune Sanctorum.*]

F. 338'—343': «*In concepcione s. Marie.*»

F. 343—345': *Suffragia Sanctorum.*

F. 345'—350: *De S. Barbara.*

F. 350 vacat. In operculo posteriore: „Anno domini MCCCCLII[to] yar Sind wir gerolt von Sagx von der hochen sagx fry von gotz gnaden Abbt vnd Herr zu den Einsideln worden. Uff sant Oswaltz tag.“ Ed. Morel, Regesten Nr. 851. — Geroldus de Hohensax fuit abbas Einsidlensis 1452—1481.

F. I: „nomina promotorum in pallacio pape. Sigismundus de Johanni wohprunus von Lucern, Switz. Jacobus de Samano fiorentino districtu.“ Num nota abbatis Geroldi qui anno 1464 ad curiam peregrinatus est?

Cf. Morel, Hymnen 5, 10, 19 etc.

---

88. (4 Nr. 16.) **Lectionarium.**

S. X—XI. Membr. 192×150. 340 paginæ. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Pagg. 8 et 74 in pergamena purpureo colore tincta, litteris aureis scriptæ sunt. Aliæ litteræ initiales pp. 9, 75, 91, 92, 94, 96, 98 etc. auro et variis coloribus artificiose depictæ.

Primum folium excisum. Incipit abrupte p. 1, in præfatione: «equum et salutare . . . sabaoth. pleni sunt.» P. 2 antiphone de S. Sigismundo.

P. 3—7 [*Hymni et antiphonæ de eadem* cum neumis]: «Ymnus de S. Sigismundo M.»

P. 8—72: «*Incipiunt lectiones de aduentu domini.* Deus autem pacis . . . dies mali sunt.»

P. 74—304: «*Incipiunt orationes de aduentu domini. Dominica IIII ante natale domini.* Excita domine quæsumus . . . luminis claritatem. Per.»

P. 305 vacat. P. 306—317: [*Orationes de communi sanctorum, de S. Maria, de cruce etc.*]

P. 317—339: «*Benedictio cereorum. . . . Dominica indulgentiæ.*» [*benedictio palmarum.*] P. 340 vacat.

Cf. Morel, Hymnen 167, 168.

---

89. Breviarii pars hiemalis.

S. XIV—XV. Membr. 197×138. 608 paginæ, recte 612 quia 291 bis, 266 quater numeratur. — Binæ columnæ. — Sexterni custodibus numerantur. — Ab initio plura folia excisa. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—77: *Officium feriæ II tempore adventus* e. d. et o. Noli emula. in e. . . . Sequitur Completorium.»

P. 77: *Canticum XV graduum.*

P. 78: *Septem psalmi pœnitentiales post primam. Letania* [*omnium sanctorum.*] P. 81. *Preces in adventu et per LXX[mam].*

P. 82—87: *Hymni.* P. 87—90: *Cantica.* P. 90—96: «*Regule subscripte declarant qualiter canendum sit omni anno per aduentum domini.*»

P. 96 colore rubro adduntur *notæ de obitu et electione abbatum Einsidlensium* de annis 1438—42.

P. 97—249: *Officia de tempore ab adventu usque ad Dominicam SS. Trinitatis.*

P. 249—261: «*Incipit hystoria de corpore Christi. Ad Vesperas Antiphona* Sacerdos in eternum . . . nostra. Tu autem.»

P. 261—264: «*Regule subscripte declarant qualiter omni anno cantentur hystorie subnotate.*»

P. 265 [Altera manu, *Exorcismus:*] «Adiuro te dyabole . . . vite mee. Amen.» Tertia manu addita sunt precepta medicinalia et superstitiosa contra morbos equorum.

PP. 266—266ter vacant.

P. 266quater — 336: *Lectiones in dominicis post Penthecosten.*

P. 337—418: *Item ab aduentu usque ad Pascha.*

P. 419—20 [*De defectibus in missa occurrentibus*]: «Si per neglientiam . . . competenti subiceant (!) discipline.»

P. 421—601: *Officia propria Sanctorum per annum.* P. 427 Off. S. Meginradi.

P. 602—607: *In dedicacione ecclesiæ.*

P. 608 vacat. — In operculo posteriore manu S. XV: „Iste liber est domini Abbatis loci heremitarum."

Cf. Bäumer, Gesch. d. Breviers 336. — Morel, Hymnen 5, 10, 18, 19 etc.

---

90. (4 Nr. 12.) **Breviarium. Pars hyemalis.**

S. XV. Membr. 189×135. 214 folia. Binæ columnæ. Quinterni custodibus signati. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et figuris ornatæ sicut cod. **91**, qui ab eodem amanuensi exaratus esse videtur. — Officia de S. Meginrado f. 176 et S. Sigismundo f. 206′ originem Einsidlensem libri manifestant.

F. 7, 21, 31 etc. litteræ maiores initiales rubræ et cæruleæ.

Initium ablatum est. F. 1′—6: «*Regule subscripte declarant qualiter sit omni anno per aduentum domini orandum.*»

F. 6′ vacat. F. 7—114′: [*Officia de tempore ab aduentu usque ad Pentecosten.*]

F. 115—172: [*Item lectiones*] «*Dominica prima in Aduentu domini. Lectio prima.* Visio Esaie . . . preceptis. *Explicit pars hyemalis de tempore.*»

F. 172—214: «*Hic incipit liber de sanctis. De S. Erhardo confessori· Ad Vesperas* . . . acquirat. Per.»

F. 241′ vacat.

Cf. Morel, Hymnen 10, 36, 151 etc.

---

91. (4 Nr. 91.) **Diurnale.**

S. XV. Membr. 186×133. 258 paginæ, binæ columnæ. Quinterni custodibus signati. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et variis figuris ornatæ sicut **90** qui eadem manu scriptus esse videtur. Eiusdem generis sunt etiam litteræ initiales p. 25, 48. — Originem Einsidlensem tradunt tum Kalendarium ab initio, tum patroni Einsidlenses qui in litania occurrunt p. 169.

P. 1—24: [*Kalendarium in quo*] *Dedicationes ecclesiarum* 7 Junii Capelle S. Meginradi.

P. 25—168 [*Psalterium etc. per hebdomadam:*] «*In dominicis diebus. Ad matutinum* . . . Sequitur completorium.»

P. 168—173: *Canticum XV graduum. Septem psalmi penitentiales post primam. Letania etc.*

P. 173—183: *Hymni.* P. 183—186: *Cantica ad Matutinum.*

P. 187—257: *Commune Sanctorum.*

P. 258 vacat.

Cf. Morel, Hymnen 5, 10, 19 etc.

---

92. Breviarium antiquum.

S. XIII. Membr. 178×131. 362 folia quorum 4 bis numeratur, 203 omittitur. Variæ manus. — Binæ columnæ. Sexterniones signantur I—XXXII. Plura folia partim vel ex toto excisa sunt, ut inter 26 et 27, 126 et 127, 179 et 180, 230. F. 263 littera initialis (S. Bernardus) excisa est. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Litteræ initiales colore rubro et cæruleo decoratæ, aliquæ etiam auro et figuris nitidissime depictæ ff. 3, 34′, 39′, 134′, 189, 234′, 257, 271.

Originem Cisterciensem innuunt officia S. Bernardi, Petri Tarentasiensis etc.

F. 1—2′ [manu recentiore varia liturgica de *S. Magdalena*, de *Corona spinea* etc.]

F. 3—188′ [*Officia de tempore*]: «*In Adventu domini.* Ecce dies veniunt . . . Deus qui salutis.»

F. 189—307′: [*De Sanctis.*] «*In nativitate S. Stephani.* Stephanus autem plenus . . . Collecta, Deus omnipotens.»

F. 307′—342. [*Commune Sanctorum:*] «*In unius apostoli. Ad Vesperas* . . . nobis per singulos.»

F. 342—362: [*Hymni.*] «*Ad Completorium per totum adventum exceptis festis sanctorum.* Quem terra pontus . . . *De s. Bernardo hymnus.*» Cetera desunt, codice deficiente.

Cf. Morel, Hymnen 5, 10, 12 etc.

---

93. (Nr. XVII.) **Vitæ SS. Patronorum Einsidlensium.**

S. XVI. (1588.) Membran. 174×134. 207 pagg. recte 210 quia 1 quater ponitur. Quaterni non signati. — Ligatura coriacea auro ornata.

Liber scriptus iussu abbatis Udalrici Wittwyler 1585—1600, cuius scutum gentilitium habes f. 1, d. sub imagine S. Meginradi. Ipse abbas suapte manu hinc inde aliqua addidit in operculo anteriore, versus sub imaginibus sanctorum et p. 1, d: „In usum monasterii Einsidlensis in honorem patronorum.“ Hæc tamen officia a nunc acceptis et usitatis summopere discrepant. Aliquot litteræ initiales auro et coloribus abundantius ornatæ sunt, pro aliis spatium vacuum relictum sicut et paginæ integræ 108, 141, 162, 185 pro maioribus imaginibus, quarum tria tantum extant, nempa ab initio B. V. Maria Einsidlensis cum S. Meginrado, cuius mors quatuor minoribus imaginibus representatur. P. 38 S. Mauritius cum sociis suis, p. 75 S. Justus martyr. Numerus 1588 annum quo depictus est, innuit. Tum scriptura tum penicillus aliquam affinitatem cum codice **104** tradunt.

P. 1—1, c vacat. 1, d. figura ut supra.

P. 2—34: *Vitæ historia sanctissimi martiris et patroni nostri dignissimi Meginradi.*

P. 34—74: *Vitæ historia et martirium sanctissimi Mauritii et sociorum eius.*

P. 74—106: *Historia sanctissimi pueri Justi patroni nostri.*

P. 107—140: [*Officium compassionis B. V. Mariæ.*]

P. 142—160: [*Officium de gloriosa virgine Maria.*]

P. 161—183: [*Aliud officium Præsentationis (?)*]

P. 184—206: [*Officium de S. Udalrico* patrono abbatis Wittwyler.]

Ultimi folii pars maior recisa est.

Cf. Morel, Hymnen 92.

---

94. (Nr. XI.) **Horæ B. V. M.**

S. XV. Membr. 184×130. 240 pp. recte 242 quia 1 et 83 bis numerantur. — Quaterniones non signantur. — Ligatura coriacea, figuris ornata.

Litteræ initiales innumeræ auro et coloribus eleganter ornatæ. In marginibus plurimorum foliorum flores elegantissime depictæ et deauratæ. Præterea 6 imagines maiores nitidissime depictæ p. 30 annuntiatio, p. 74 adoratio magorum, 108 crucifixio, 115 descensus spiritus sancti, 137 David pœnitens, 189 exequiæ.

P. 1 bis — 4 manu s. XVI fragmentum Ps. 118. P. 5 vacat.

P. 6—29: *Kalendarium lingua gallica* alternatim auro et coloribus rubro et cæruleo scriptum.

P. 30—107: *Officium de Beata Maria.*

P. 108—114: *De Cruce.*

P. 115—121: *De spiritu sancto.*

P. 122—135: *Oratio devota ad beatam virginem Mariam.*

P. 137—172: *Psalmi pœnitentiales cum litaniis et precibus.*

P. 173—182: «*Les quinze joyes a la uierge marie.* Doulce dame . . . uray repos. Amen.»

P. 182—187: «Les sept requestes a nostre seigneur. Dulx dieu doulx . . . pitie. Pater noster.»

P. 189—238: *Officium Defunctorum.*

P. 239—240 et in operculo posteriore manus recentior addidit: «*Benedictio Novitiorum.* Novitius iam tonsus . . . sæcula sæculorum. Amen.»

In operculo anteriore: „F. Georgius Stoll Marisstellensis Cœnobii filius hunc librum D. Christophoro Falk, Canonico in Zurzach syncero suo cognato in indissipabile amicitiæ signum dono contulit. Anno domini 1591.“ Additur scutum gentilitium nitidissime depictum. Eadem manu p. 1: „D. Christophorus Falk Badensis Canonicus in Zurzach me tenet.“ Additur eiusdem scutum gentilitium nitidissime depictum. De Christ. Falk († 5 Junii 1625) cf. Huber, Gesch. d. St. Zurzach. (Klingnau 1869) p. 256. 437. — Fricker, Gesch. v. Baden 664.

In operculo anteriore aureis litteris impressum: „Herr Christoffel Falck Caplan zuo Baden. MDXC.“

Cf. Morel, Hymnen 5, 10, 13, 18 etc.

---

95. (Nr. VII.) **Breviarium.**

S. XIV. Membr. 126×95. 484 pp. Inter 28 et 29 folium excisum est. Quaterniones quinterni et biniones signantur I—XXXI. P. 394—403 binas columnas habent. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ et elegantibus ornamentis impressæ.

Litteræ initiales minoris tantum formæ sed auro et coloribus ornatissimæ. Imagines desunt. Liber in Gallia scriptus esse videtur si concludere licet e nominibus sanctorum tum Kalendarii cum Litaniarum.

P. 1 vacat. P. 2—3: *Hymnus etc. de S. Rictrude.*

P. 4—25: *Kalendarium.* P. 28 vacat.

P. 29—178: *Officia diurna de tempore ab Adventu usque ad Sabbatum sanctum.* Incipit abrupte: «hostis a telo perfidi . . . est locus eius.»

P. 179—289: *Festa Sanctorum tempore hiemali.*

P. 290—333: *Commune Sanctorum.*

P. 334—374: *Psalmi ad horas diurnas.*

P. 374—395: *Officium de Beata Maria.*

P. 395—403: *In Dedicatione ecclesiæ.*

P. 404—406 vacat. P. 407—423: *Suffragia Sanctorum.* P. 423—466: *Officium Defunctorum.*

P. 466—479: *Letania et Collectæ.*

P. 479—482: *Cathedra S. Petri. S. Saturnini martyris.*

Cf. Morel, Hymnen 13, 19, 151 etc.

---

96. Gebete.

S. XV. Charta. 116×74. 621 pp. recte 622 quia 247, 341 bis numerantur, 198 omittitur. Variæ manus. Sexterni custodibus signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 2—124: [*Goldene Mühle (?) Preces germanicæ ante et post communionem.*] «*In dem namen Gottes wil ich ettlich stuk vnd artikel schriben von dem hailgen Sacrament wie ain mentsch Sich darzuo beraitten sol vnd och darnach halten sol als dis ist gezogen uss dem Sacrament büchli. Ain tail als mayster Marquardus beschript vnd leit des ersten drü stuk die ain mentsch sol an im han E er zuo gang.* [D]as erst ist dz du . . . helff uns Gott. Amen.»

P. 124—334: [*Preces germanicæ ad Missam etc. de S. Maria Magdalena.*] «Du solt wissen das die mess . . . mins lips. In Gottes namen. Amen.»

P. 335 vacat. P. 336: «Dis büchlin schwester Margret Eggerin in Valdunen genant die guldin mülin.»

P. 337—338 vacat. P. 339—469: [altera manu *Preces germanicæ pro diebus septimanæ.*] «Gott der almächtig in siner . . . erstund von den tod. Amen. Ora pro me.»

P. 470—471 vacat. P. 472—551 (Tertia manu): *Preces latinæ et theutonicæ tempore paschali.* Desinunt in fine mutilæ quia plura folia excisa sunt inter 551 et 552.

P. 552—557 vacant. P. 558—619 (Quarta manu): *Preces variæ germanicæ:* «Dis nachgeschriben Gebett ist das ampt . . . frowen Geschlächt. K. X. K. Ave.»

Codex per P. Othmarum Ruepp [† 1801] ex Vorarlberg huc allatus. P. 2 manu S. XVIII: „Ex monasterio monialium Valduna prope Rankwyl misere extinctum 1782. Necessario ad Biblioth. Einsidlen. pro memoria sempiterna.“

---

97. (12 Nr. 10.) **Horæ B. V. M.**

S. XV. Membran. 127×90. 256 paginæ (233 et 234 omittitur sed 253 ter numeratur.) Quaterniones 1—17. Inter pag. 86 et 87 folium excisum est, unde lacuna in textu. P. 3, 23, 96, 144, 181 litteræ initiales ornatissimæ. P. 22, 97 et 180 vacuæ relictæ pro imaginibus, ut videtur. — Tabulæ ligneæ corio rubro obductæ. — In operculo anteriore manu S. XV: Prope cardinalem Bononiensem.

P. 1—2 vacat. P. 3—21: [*Variæ orationes et preces*] «Adonay Domine deus . . . salutis eterne. Amen.»

P. 23—37: *De passione Domini nostri.*

P. 38—42: *Oratio ven. Bede presbiteri de septem ultimis verbis.*

P. 43—47: *Oratio S. Augustini etc.*

P. 52—57: Alia oratio . . . que dicitur *libellus vite.*

P. 83—85: *Johannes papa . . . indulg . . .*: «Salue sancta facies . . . dicamus omnes. Amen.»

Ed. Mone, Hymn. I. p. 155. Cf. Chevalier, Repert. hymnol. 18189.

P. 87—95: «*De armis Domini.* Culter qui circumcidisti . . . perfruamur gloria. Amen.»

Ed. ex hoc codice Morel, Hymnen Nr. 42 p. 23—26. — Chevalier, Repert. hymnol. 4052.

P. 96—143: *Orationes valde devotæ ante perceptionem corporis Christi.* Et de sequentibus dominus Johannes Pragensis Archiepiscopus . . . dedit XL dies indulgentiarum.

P. 160—179: *Post perceptionem.*

P. 181—228: *De beata Maria.*

P. 188—192: Oratio quam Maria per angelum direxit B. Bernardo.

P. 192—194: *72 nomina beatæ virginis.*

P. 220—222: *Planctus de beata virgine quam compilavit Innocentius Papa quartus.* «Stabat mater dolorosa . . .»

P. 228—254. *De sanctis* [partim rhytmice.]

In fine duæ lineæ rubro scriptæ erasæ sunt.

P. 255—256 vacat.

Cf. Morel, Hymnen 22, 26, 28 etc.

---

98. (Nr. V.) **Horæ B. V. M.**

S. XV. Membr. 126×94. 321 pp. recte 322 quia 213 bis numeratur. Quinterni numerantur I—XVIII. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ et figuris animalium impressæ.

Litteræ initiales coloribus auro et hinc inde figuris et floribus ornatæ. Rudiori penicillo debentur picturæ p. 2: Annuntiatio; p. 118: Maria cum puero Jesu; p. 302: Sancta Sophia et Fides Spes Caritas.

P. 1 vacat. P. 3—117: *Cursus de beata virgine.*

P. 117—120: «*Nota hec oratio que sequitur dicitur aurea eo quod quasi nulla dulcior et beate virgini accepcior sensu humano dictari potest prout . . . legitur revelasse.* Gaude rosa sine spine . . . dulcis o Maria.»

Ed. Mone, Hymnen II Nr. 401.

P. 121—214: *Vigilia mortuorum.*

P. 215—258: *Psalmi pœnitentiales et graduales.*

P. 258—300: *Letaniæ etc.*

P. 302—305: *De beata Sophia vel Sapiencia cum tribus filiabus suis.*

P. 305—309: «*De beate Marie* virgine Sequentie (!) Ave preclara maris stella . . . ad te transire.»

Chevalier, Repert. hymnol. 2045. Morel, Hymn. p. 132. — Schubiger, Sängerschule, Mon. 56. Cf. p. 88.

P. 309—321 variæ precationes etc.

Manus s. XVI in folio pergameneo insiticio in capite codicis varios psalmos et versus addidit.

---

99. Gebete.

S. XVII. (1627.) Membr. 85×63. Folia non numerantur. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

F. 1 vacat. F. 2: *Jesus Maria.* Catholische Andächtige Gebett für . . . verpflicht beschriben worden. 1627.»

Cetera iam amplius legi non possunt.

F. 3: «Gaistliche Andächtige Tägliche Gebett . . .»

---

100. (Nr. III.) Horæ B. V. M.

S. XV. 1—284 membr. 285—352 chart. 102×72. 352 pp. recte 370 quia 303, 323 omittitur, 58, 77, 78, 137, 138 bis, 57, 1[illegible]0, 201, 207, 217, 233 ter numerantur. — Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio nigro obductæ et figuris impressæ.

Litteræ initiales hinc inde auro ornatæ. — Quinque imagines eleganter depictæ repræsentant p. 37 annuntiationem, 144 crucem Domini, 153 spiritum sanctum, 162 David, 195 exequias. — Librum in Gallia scriptum ostendunt tum character scripturæ cum nomina sanctorum in Kalendario.

P. 1—24: *Kalendarium.*

P. 25—35: *Evangelia secundum Johannem, Lucam, Matthæum, Marcum.*

P. 36 vacat. P. 37—143: *Cursus de B. Maria.*

P. 144—152: *Horæ de Cruce.*

P. 153—161: *Horæ de Spiritu S.*

P. 162—194: *Psalmi pœnitentiales et Letania.*

P. 195—268: *Officium Defunctorum.*

P. 269—277: *Oracio devota ad virginem Mariam.*

P. 278—283: *Oracio devota ad dominum nostrum.*

P. 283—249 altera manus s. XVI varias preces addidit, p. 311: *Oratio in sacello B. Virg. [Einsidlensi.]* P. 351 manu P. G. Morel, *Index.*

---

101. Horæ.

S. XV. Membran. 125×93. X et 152 folia. Præcedunt 4 folia chartacea non numerata et adduntur f. 153—161 itidem chartacea. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ, ab extra antrorsum figuræ Adæ et Euæ cum litteris B. M. Z. S. MDLX. a parte posteriore figura Abrahae et Isaac. 1548.

5 picturæ nitidæ. In Gallia scriptus ut patet ex verbis gallicis hinc inde intermixtis v. g. f. 70. 105.

F. I: «Est *M. Benedicti Frantz* Salodorii 1558.» Benedictus Franz Solodoranus fuit præpositus in Schönenwerd 1562—1577 Leu, Lexicon 7, 296. — Mülinen, Helvetia sacra 1, 57. A tergo insignia *Jodoci Knab*, episcopi Lausannensis qui dimidiam bibliothecam suam legavit monasterio nostro. † 4 oct. 1658.

F. 153—157: „Ein abschrifft des brieffs den Gott gesant hatt vff S. Michelsberg der im Land Britannia ligt. Ich warer Jesus . . . Christus. Amen."

„Francus cognomen est, Benedictus lymphatis almi est
Berna Hercle est oriundus, mox educat Solodorum."

Emptum Salodori **10** batz. anno 1560.

Cf. Geschichtsfr. 16, 121, 180. 30, 286. Scutum insignitium ib. 282. Ipsius etiam fuit cod. **387.** — Morel, Lat. Hymnen p. 29.

---

102. (12 Num. 7.) [**Libellus precatorius.**]

S. XVII. (1622.) Membr. 130×97. 384 pp. quarum 370—378, 384 vacuæ. — Ligatura moderna, tabulæ ligneæ holoserico nigro obductæ.

P. 379—383: «Index eorum quæ in hoc precationum libello a Johanne Christophoro *(Hagero)* D. Cathedralis Constantiensis canonico et collegiatæ S. Pelagii Episcopicellensis præposito [1610—1632] contenta sunt.»

Cf. Morel, Hymnen 304 sed minus recte.

---

103. (16 Num. 2.) **Pia exercitia et carmina.**

S. XVI. (1597.) Charta. 16°. 184 folia quæ sic numeris signantur: I—IX; VII—IX vacua. 1 et 2 excisa. 3—163; 163 non signatur; ab 164—252 tantum folia signantur. 212 omittitur; 172 bis, 224 quater numeratur. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

[*Farrago piorum exercitiorum cuiusdam monachi Sangallensis.*]

F. III—VI': «*Ratperti Sangallensis Hymnus de S. Gallo metrice translatus a quodam monacho S. Galli anno 1597.* [P. Jod. Metzler † 1639.] Galli patris sanctissimi canenda . . . Sessurus in iudicio Iudex. Deo sit gloria.»

Idem in codd. S. Galli 1191 et 1462. — Cf. Haller, Bibliothek III, 1722. — Scherrer, Verzeichniss p. 422.

P. 3—100: *Exercitia spiritualia Ignatii de Loyola* [*excerpta*].

P. 100—126: *Vitæ Domini nostri J. Christi mysteria.*

P. 127—155: *Regulæ aliquot.*

P. 156—160: *Index eorum quæ hoc libro continentur.*

P. 161—164: *Sententiæ quædam pulchræ.*

F. 165—184: *Tractatus in S. P. N. Benedicti Regulam scriptus a Rmo P. D. Petro Paulo Abbate S. Boronthi* [Bavonti Calmet] *prope Florentiam cum visitatorem ageret ordinis per Germaniam anno 1593.*

Sunt dubia resoluta a R. P. Benaglia a S. Stephano abbate Farfensi. Cf. Calmet, Iter helveticum 52—54: „Eadem porro dubia extant MSS in Bibliotheca S. Petri in nigra silva prope Friburgum Brisgoviæ oppidum." — Leutner, Historia monasterii Wessofontani 406. — P. Bened. Braunmüller, Zur apostolischen Klostervisitation von 1593 in Studien u. Mittheilungen aus d. Benedictiner- u. Cistercienser-Orden. III (1882) II. 385—388.

F. 184'—188': *Epistola S. Columbani abbatis S. Galli.* [Instructio V.] «O tu vita quantos decepisti . . . efficiamur donante domino . . .»

Ed. Migne, P. l. 80, 240—241. [S. Augustini ?] Ex codice S. Galli descriptum esse videtur. Cf. Scherrer, Verzeichn. 552.

F. 189—191: *Sex mundi ætates Hermanni Contracti Monachi S. Galli.*

F. 192—201': *Tractatus religiosarum quarundam meditationum.*

F. 202—213': *Exercitium devotissimum in sacrosancta synaxi.*

F. 214—223: *S. Columbani abbatis Regula cœnobialis.* «Statutum est fratres . . . in pane et aqua.»

Valde differt a capite 10 regulæ cœnobialis „de diversitate culparum" quod editum est apud Migne P. l. 80, 216—222.

F. 223—224, b': Capitula huius regulæ. F. 224,c vacat. F. 224,d rosarium B. Virg.

F. 250—251'; 225—249': *Hymni de S. Benedicto, reperti in Breviario in membranis manuscriptis in monasterio S. Zenonis Veronæ* [plerumque inediti.]

F. 238': *Hymnus Petri abbatis Cluniacensis de S. P. N. Benedicto.* «Inter æternas . . . Quæsumus omnes.»

Ed. Migne P. l. 189, 1019—1020.

F. 251—238': *Versus S. Bertharii abbatis Casinensis* [(† 883) *de vita S. Benedicti.*] «Sancta lux fratres . . . Terna potestas. Amen.»

P. 239'—243: «*Hymnus in tono* ‚Ave maris stella' *de S. P. N. Benedicto.* Ave pater alme . . . quibus honor unus.»

Ed. A. Wion Lignum vitæ. Venetiis 1595. II. 103—105. — Cf. Chevalier, Repert. hymnolog. 2006.

IV. MISSALIA. ANTIPHONARIA.

104. (Fol. Nr. 149.) **Missale.**

S. XVI. (1581.) Membr. 450×305. LXXXXIX folia (recte 96, quia primum non numeratur, XXXIV, XXXV, XXXVI et XXXXIII exciderunt.) Interdum duæ columnæ, interdum unica. Character scripturæ interdum gothicus interdum carolinus. Quaterniones non signantur. Lineæ colore ductæ. — Ligatura coriacea s. XIX. Ora auro ornata.

Fol. primo non signato verso imago B. Virginis Mariæ Einsidlensis, SS. Meinradi, Mauritii, Sigismundi. Scutum gentilitium Adami Heer abbatis Einsidlensis 1569—1585.

«Adamus dei gratia Abbas Monasterii D. Virginis Mariæ apud Heremitas Helvetiorum Hoc Missale scribi et imaginibus exornari curavit. Anno post natum Christum MDLXXXI. SL. (Signum pictoris.)

Idem monogramma f. XXVIII': 15 LS. 83. Imaginibus ornantur præcipua festa *Nativitatis* (f. V ubi et scuta gentilitia monasterii et abbatis) *S. Mariæ, SS. Meginradi, Benedicti*, (fol. XXIII et LXVIII.) *Mauritii, Michaelis* Archangeli etc. Margines tum figurîs Sanctorum, tum animalium decorantur. F. LXXXXIII' littera initialis G cum imagine pictoris: „Aetat. 36. 1581." Folio ultimo litteræ nominis scriptoris (?): N. A. X.

Non est proprie liber Missalis sed ea tantum continet, quorum abbas Einsidlensis tunc temporis opus habebat in festis solemnioribus publicis, nempe ad Vesperas et in Missa pontificali. Notis musicis ea tantum insigniuntur, quæ abbas cantare debet.

Non diu in usu fuisse iste liber videtur, cum paulo post Missale reformatum ex decreto Concilii Tridentini introductum sit. Inseruntur etiam 30 *Sequentiæ* quæ nunc fere omnes ex moderno libro missali expunctæ sunt. Alia præterea adduntur singularia tum temporis tum loci.

F. 27—33 *Præfationes* cum cantu.

F 33' vacat. F. 37—42 *Canon Missæ*. F. 42' vacat.

Cf. Morel, Hymnen 132, 145, 359.

---

105. (Fol. 125.) **Missale.**

S. XV. Membr. 377×282. 8 et 453 folia (recte 437 quia 135—142 et 396—403 excisa sunt.) Quaterniones non signantur. Custodes. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

F. 1—6: *Kalendarium*. F. 7: Registrum huius libri. F. 8: *Missa de patronis nostris* . . . Justi, Meginradi, Mauricii, Sigismundi . . .

F. CCCXXXIII' ad initium canonis pictura crucifixi. — Continet multas sequentias pro variis diebus festis.

Cf. Morel, Hymnen 6, 10, 18 etc.

---

106. (Fol. 128.) **Missale.**

S. XV. Membr. 390×285. 186 folia partim ab antiqua manu signata (revera 180 quia 94—99 desunt). Duæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

Kalendarium nullum. Sequentiæ plurimæ. F. 1: «Dominica prima in aduentu Domini. Ad te levavi animam meam . . .»

F. 89′ ante Canonem Missæ figura crucifixi depicta.

Cf. Morel, Hymnen 4, 10, 45, 47, 52 etc.

In operculo anteriore: „Ob individue sancteque Trinitatis ac gloriosissime dive Virginis Marie atque tocius curie celestis laudem et honorem presens liber per Reverendum in Christo patrem ac dominum dominum Conradum abbatem monasterii loci Heremitarum animo pio consignatus ac emptus pro duodecim florenis Renensibus de anno a nativitate Dni. millesimo quingentesimo secundo decima die mensis Septembris.“

---

107. (Fol. Num. 127.) **Missale Einsidlense.**

S. XV. Membr. 386×280. 235 folia. (1—8, 1—98, 1—129.) Duæ columnæ, excepto canone. F. 86 imago cruxifixi cum scuto abbatis Burcardi (1419—1438). — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Missalis pars æstivalis a Pentecoste usque ad Adventum. Reliqua pars (hiemalis) desideratur.

F. 1 vacat. F. 2—7: *Kalendarium,* in quo VIII Idus Junii: *Dedicatio Capelle S. Meginradi super Etzzel;* init. Augusti Dedicatio altarium et mense Octobri Anniversaria satis originem libri manifestant.

Cf. Morel, Hymnen 4, 10, 45, 56 etc. — Schubiger, Pflege d. K. G. 29.

---

108. (Fol. 129.) **Missale Brixinense.**

S. XV. (1470.) Membr. 363×270. IV et 219 folia (recte 216, quia 102 deest, 106 bis numeratur, utpote postea additum; numeri 177, 196, 197 desunt. Duæ columnæ. Initiales pulchræ auro et coloribus ornatæ. — Quaterniones non signantur. — Corium album.

F. I: Sigismundus Archidux Austriæ 1475. Eiusdem scuta gentilitia, leo et aquila.

F. II—IV: *Kalendarium.* 21 Jan. alia manu s. XV additur: Meginradi heremite et mart. 31 Julii: Dedicatio Brixinensis.

F. 219′: 1470.

Cf. Morel, Hymnen 17, 29, 36, 52 etc.

---

109. (Fol. Nr. 49.) **Amalarius.**

S. XI. Membr. 274×195. 254 (recte 256) pp. 13 ter numeratur. Quaterni non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Maniculas apposuit H. de Ligertia.

P. 1—10 [*Præfatio*]: «Postquam scripsi libellum . . . ternarium numerum.»

P. 10—13: «Gloriosissime imperator. . . . Domine serva.»

P. 13—13ter: *Capitula primi libelli.*

P. 13—15: Continentia causæ secuturæ scriptionis. «Ubi sanctus Augustinus . . . in primo mense.»

P. 15—254: *Amalarii de ecclesiasticis officiis* lib. I et libri II capp. 1—13.

Ed. Migne P. l. 105, 985—1091. B. Desinit abrupte in verbis: „se ecclesiæ *consuetudi.*“ Cetera desunt, id est finis capitis 13. capp. 14—26 et ll. III et IV qui habentur in codice **110. II** sed non eadem manu.

Cf. Morel, E. Handschr. d. lat. K. V. 243.

110. (Fol. Nr. 48.) **Ordo Romanus. Amalarius.**

S. XI. Membr. 268×199. 430 pp. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ. H. de Ligertia maniculas et notas marginales adiecit.

I. P. 1—162. Sine notis quaternionum.

P. 1—19: «*Incipit Ordo ecclesiasticus* [*I*] *Romanæ ecclesiæ qualiter Missa celebratur. Primo omnium observandum* . . . intrat in secretarium. Explicit ordo ecclesiasticus Romanæ ecclesiæ.»

Ed. Hittorpius Coloniæ 1561, p. 9—15. — Bibl. mag. PP. 10, 10. — Mabillon. Museum italicum 2, 3—16, qui hunc codicem laudat l. c. p. 1. — Migne P. l. 78, 937—948. — Gerbert, Monum. vet. Lit. Alem. 2, 144—149 qui hunc codicem contulit cum Turicensi sæc. IX.

P. 19—57: «*Sequentia Amalhere abbas edidit.* Incipiunt Aeglogæ [Eclogæ] de ordine Romano et de quattuor orationibus episcoporum siue populi in Missa. Capitula sequentis opusculi . . . nostrum Jesum Chr.»

Ed. Mabillon ibid. 549—559, et dein p. 61—62. — Gerbert, Mon. Liturg. Alem. 2. 149 hunc codicem partim cum Thuricensi s. IX contulit. — Migne P. l. 78, 1371—1380 et 983—984. — Ib. 105, 1315—1332.

P. 57—81 [*Expositio missæ.*]: «Expositio hæc a cenobio Dionisii venit . . . Primum in ordine missæ . . . commendauit apostolus.»

Ed. Gerbert, Monumenta vet. Liturg. Alemann. 2, 282—290. — Migne P. l. 138, 1173—1186.

P. 82—87: [*Varia de Missa.*] «*De vestimentis sacerdotalibus.* De ueste sacerdotali moderno . . . eundi peracta missa.»

Ed. Gerbert l. c. 290—291.

P. 87—93: «*In Dei nomine pauca ex eruditorum virorum voluminibus excerpta incipiunt de catholica ecclesia et eius ministris et de baptismatis officio.* Ecclesia Grecum . . . offertorium nominatum.»

Ed. Gerbert ibid. 291—293.

P. 93—114: «*Expositio super missam.* Dominus vobiscum. Salutat sacerdos . . . Deo gratias.»

Ed. Gerbert, Mon. vet. Liturg. Alem. 2, 276—282. — Migne, P. l. 138, 1263—1173. Idem opus (Hrabani Mauri?) in codice Merseburgensi Nr. 58 memoratur a Müllenhoff et Scherer, Denkmäler, Berlin 2 A. 1873. p. 498.

P. 114—127: «*Ordo a dominica mediana usque in octabas Paschæ.* Igitur a Dominica quam . . . dies tantum prima.»

P. 127—142: *Varia liturgica,* denuntiatio reliquiarum, quomodo ecclesia debeat dedicari, quomodo reliquiæ condiuntur, ad patenam consecrandam, ordo IIII temporum, ordo de sacris ordinibus lectoris etc.

P. 140—142: *Albinus de sacramento baptismatis.* «Albinus magister filio carissimo Odwino presbit. salutem et quia . . . donatus æternæ.»

Ed. Jaffé, Biblioth. 6, 824—825.

P. 142—159: *Idem de baptismo ad Karolum* August. «Gloriosissimo excellentissimo . . . operit multitudinem peccatorum.»

Ed. Migne P. l. sub Amalarii nomine 99, 893—901. — Alcuin ed. Frob. Vorster II, 517—524. Sub nomine *Amalarii* ex cod. San-Blas. ed. Gerbertus. Mon. vet. Liturg. Alem. 2, 264—269. — Cf. eiusd. Iter alem. 80. — Morel, E. Handschr. d. lat. K. V. 243.

P. 159—162: [*De canticis.*] «Agnoscamus ergo non frustra sed decenti ordine cantica per dies . . . virtutis opera perseuerent.»

II. P. 163—430. *Amalarii Varia.* Quaterniones I—XVII.

P. 163—250: «*Quid est responsorium et tractum?* Hoc differt inter . . . quasi anniversaria sit.»

Est *Amalarii, de ecclesiasticis officiis* Lib. III. capp. 12—44. Est igitur continuatio cod. **109.** Ed. Migne, P. l. 105, 1121—1164.

P. 250—262: [*Amalarii Epistulæ ad Hieremiam* cum ejusdem responso, ad Jonam [«iusionæ»] ad Rangaricum, ad Hetdonem abbatem, Guntardo.]

Ed. Migne, P. l. 105, 1333—1339.

P. 262—429: [*Amalarius,* de ecclesiasticis officiis liber IV.]

Ed. Migne, P. l. 105, 1163—1242. Præcedit index capitum 262—264.

Cap. XXV p. 352—357, ed. 1207—1211 continet *Gregorii Magni orationem de mortalitate* ed. Migne P. l. 76, 1311—1314 et *ad Phocam Augustum* ed. ib. 77, 1282—1288.

P. 430 vacat.

Cf. Pertz. Archiv 8, 737.— Scherrer, Verzeichn. p. 145 (nr. 446) et 199 (nr. 614.)

---

111. (Fol. Nr. 24.) **Missale.**

S. XII. Membr. 266×195. 314 pp. (recte sed folium primum non numeratur. 67—69 omittuntur, 270 vero bis numeratur.) Signaturæ II—XVII. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

F. 1 vacat. P. 1—2 Initium præfationis. Inter p. 2 & 3 initium Canonis Missæ excisum est. Codex continet nonnisi Orationes, i. e Collectam, Secreta et Postcommunionem insuper aliquot præfationes p. 133, 253 etc.

P. 10 Epiphania Dni cum figuris 3 regum, p. 26. Martyrium S. Meginradi, imago omnium antiquissima qualiter edita est a P. Gallo Morel in „Die St. Meinradslegende.“ Einsidl. 1861. Tab. V (Cf. textum p. 79) et Ringholz, Wallfahrtsgesch. I. — P. 30. Purificatio B. M. V.

P. 131, figura orantis. Folio ultimo additur manu s. XIII: *Missa de dedicatione ecclesiæ.* Scriptura valde similis cod. **112** sub abbate Wernhero I.

De litteris initialibus pulcherrime depictis cf. Rahn, Gesch. d. bild. Künste 305.

---

112. (Fol. Nr. 27.) **Liber officialis.**

S. X—XII. Membr. 265×188. 338 pp. (recte 340 quia 95 ter numeratur,) — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—46. S. XII. [*Benedictiones variæ.*]

P. 2—5 figuræ variæ calamo delineatæ s. XII S. Gregorius, S. Benedictus (editæ apud Rohault de Fleury, La Messe Pl. 621) ornamenta varia. Christus arcu insidens, dextra benedicens, sinistra crucem tenens, Angelus cum globo et virga, caput viri barbati, littera E. Cf. Rahn, Gesch. d. bild. Künste 301.

P. 5. Sec. XII Lectiones variæ ad utramque vesperam et ad Tertiam.» Scriptum est quo . . . credentes.»

P. 7—18: *Ordo ad faciendum monachum.* «Noviter ad conversionem veniens . . . perferre mereatur. Amen.»

P. 9 in formula professionis dicitur: „in hoc monasterio quod est constructum in honore scæ dei genitricis MARIAE et sancti Mauritii et sanctorum qui hic sunt, in presentia domini W abbatis“ quod probat codicem scriptum esse sub abbate Einsidlensi Wernhero vel I huius nominis (1122—1142) vel II. (1173—1193.) „Dieses geht aus dem beigefügten Formular der Klostergelübde hervor, wo es am Schlusse heisst: „In hoc monasterio, quod est constructum in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ et sancti Mauritii et sociorum, qui hic sunt in praesentia domni W. Abbatis.“ Nach dem Alter der Handschrift kann dieser Abt W. kein Anderer sein, als Werner I. von Lenzburg (1122—1142) oder Werner II. von Toggenburg.“ Ita P. Anselmus Schubiger, Pflege d. K. Ges. 13. Cf. eiusd. Heinr. III. (Freibg. 1879.) p. 38—41. — P. O. Ringholz ordinem Wernhero II attribuit et ed. in Stud. u. Mitt. aus d. Bened. Ord. VI. (1885) I. 333—339.

P. 18—20: *Missa ad consecrandam uiduam.*

P. 20—27: *Exorcismus salis et aquæ etc.*

P. 27—46: *Ordo sacri baptimatis.* P. 35—36 Letania cum nominibus patronorum Einsidlensium Justi Mauritii Sigismundi Ursi Meginradi etc.

P. 1 manu s. XIII *Sequentia de S. Afra*: «Grates deo et honor . . . dei martyr Afra.»

Ed. Mone Nr. 767 (III. p. 172) — Cf. Morel, Hymnen Nr. 319. p. 190.

«*Chorus novæ Jerusalem . . . spiritu paraclito.*» *Cum neumis.*

Ed. Migne P. l. 141, 352. — Daniel, Thesaurus I. 221. H. de Ligertia adscripsit: „Fulbertus episcopus Carnotensis composuit hunc (h)ymnum et Responsorium Solem iusticie et Stirps Jesse et Ad nutum domini.“ Cf. Migne, P. l. 141, 345. — Chevalier, Repertorium hymnol. 2824. De codice Gerbert, Liturg. Alem. 1, 149. — Brambach, Psalterium. (Sammlg. biblioth. wissenschft. Arbeiten I. Berl. 1887) p. 7. 21.

Propter Scripturæ characterem codex potius initio s. XII attribuendus est, utpote omnino diversus ab illo cod. **293** id est *Vocabularius Salomonis* qui sub abbate Wernhero II scriptus est. Hic autem *ii* sæpissime sine accentibus scribuntur, etc. Valde similis est scripturæ apud Arndt, Schrifttafeln T. 49—50. sæc. XI—XII et codici nostro **111**.

II. Pag. 47—338. S. XI. Quaterniones I—XVIII. [*Liber officiorum.*]

P. 47 manu s. XII *Natalis S. Meginradi Martyris*: Orationes pro Missa. Item *De S. Justo.*

P. 48 pictura representans sub arcu duplici Mariam Virginem sedentem, quæ sinistra puerum tenet, dextram extendit versus Abbatem, qui cum baculo pastorali adstans ipsi librum panno obvolutum offert. Subscriptæ sunt duæ Antiphonæ: *In vigilia Assumptionis S. Mariæ.*

P. 49: *Liber officiorum per circulum anni. Capitula.* Manus s. XIV aliquoties ad marginem notavit horas canonicas, quibus singula capitula dicuntur.

P. 125 manu s. XII Orationes de S. *Othmaro et Nicolao.*

P. 126—262: *Orationes* de Dominicis, festis et sanctis.

P. 262—272: [*De communi Sanctorum.*]

P. 272—278: *In Dominicis post Pentecosten.*

P. 278—283: *Orationes pro peccatis.*

P. 283—288: «*Cottidianis diebus.*»

P. 288: *Ad Nocturnos orationes.*

P. 292 *Vespertinales.* 293 *Ad cursus quando volueris.* 297 *Ad completorium.* 298 *Ad Primam.* 300 *De S. cruce.* 303 *De S. Maria.* 305

In aduentu Dni . . . De omnibus Sanctis. 309 *Pro iter agentibus.* 310 *In adventu fratrum . . . Pro fratribus de via reversis.* 311 *Pro serenitate.* 312 *Pro Defunctis.* 317 *Preces post Nocturnos et ad cursus.* 323—328 *Litania* etc. etc.

PP. 253—254 et 337—338 manu s. XII.

Cf. Gerbert, Vetus Liturgia alemanic. 1, 131—132. — Pertz, Archiv. 8, 737. — Bäumer, Gesch. d. Breviers, 254. — Morel, E. Handschr. d. lat. K. V. 252.

---

113. (4 Nr. 66.) **Missale Einsidlense.**

S. XII. Membr. 250×196. Primum folium vacuum non numeratur. 559 pp. (recte 563 quia 63 bis, 323 ter numeratur.) 36—62 duæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1: *Tabula arithmetica.* (?)

P. 2—3. s. XII: *Benedictio militaris super enses.*

P. 4. s. XIV: Oratio pro patre et matre.

P. 5—6. s. XII: [*Sequentia cum neumis.*] *De apostolis*: «Celi enarrant . . . rex in cœlis.»

P. 7—25: [*Kalendarium.*] Die 13 Octobris «Dedicatio huius ecclesiæ.» 18 April manus s. XIV ad marg: Ob. Anna dna, de Wetiswile.

P. 26—34: [*Ordo Missæ.*]

P. 35—62: [*Notkeri Sequentiæ* cum neumis in margine notatis]: »*In Galli cantu.* Grates nunc omnes . . . Tibi laus et gloria.»

Sunt numero 47 partim editæ apud Pez, Thesaurus Anecdot. T. I.

P. 62 additur alia manu s. XI vel XII: „Regina celorum . . . fac nos superna“ cum neumis suprascriptis.

P. 44—45. manu s. XIV in margine *Sequentia de S. Cruce*: «Rex regum dei agne . . . pascua tu pascha.»

Ed. Mone, Hymnen I, 142. p 191. qui hanc sequentiam etiam in codice Augiæ divitis inter sequentias Notkeri invenit sed adscribitur *Hermanno Contracto.*

P. 48 in margine eadem manu s. XIV: «Veni s. spiritus.»

P. 63—198: *Graduale* pro Dominicis et festis cum neumis.

P. 155 in margine manu s. XIV Hymnus «Hæc est domus Dni . . . mens devota tangitur.»

P. 161—162 manu s. XIV: *Officium de corpore Christi* cum sequentia *Lauda Syon.*

P. 198—210: *Alleluia per circulum anni.*

P. 211—220: *In Purificatione, in Palmis, in Parasceue, in Letania maiore.*

P. 221—222: *Præfatio de* assumptione B. V. M. *Orationes de Vigilio Martyre.*

P. 223—225: *Præfatio pro Missa.*

P. 223 et 224: Auro et coloribus super fundamentum purpureum.

P. 226—233: *Canon Missæ.* Imago crucifixi et initium litteris uncialibus super fundamentum purpureum. Cf. Rahn, Gesch. d. bild. Künst. 299—300.

P. 234—523 *Orationes et præfationes pro Missa.*

Adduntur hinc inde manu s. XIV orationes, p. 251 De s. Brigida, 356 S. Donati, 393 De S. Nicola, 394 De conceptione B. M. V. p. 409—410 De S. Catherina, p. 411 vacat. p. 449. Collecta „A cunctis" pro capella S. Johannis et de S. Maria tempore paschali.

P. 524—552: [*Epistolæ et Evangelia.*]

P. 552 additur manu s. XIV: *Hymnus de S. Joh. Baptista:* «Psallite regi nostro . . . semper tibi psallamus.»

Cf. Morel, Eins. Handschr. d. l. K. V. 253. — Idem, Hymnen 10, 18, 45, etc.

P. 553—555: *Missa de Patronis:* [Justi, Meginradi, Mauricii, Sigismundi.] *S. Mariæ Magdalenæ.* P. 553 manu s. XIV: De S. Jodoco.

P. 556 *De S. Maria Magdalena.* [*Notkeri sequentia* cum neumis]: «Laus tibi Christe . . . spes et gloria.»

Ed. Mone, Hymni III, p. 33 et 34.

P. 557: [*Antiphonæ cum neumis*] *De S. Paulo.* «Dixit Dns . . . venisse Redemptorem.»

P. 558 [manu s. XIV:] «Nota ex decretalibus si monachus . . . se invicem percusserint. Item de consecratione capellæ Ss. Joh. Bapt. et evang. ac beati Oswaldi. Testimonum Fr. Johs. epi. Retrehensis, 2º id. Aug. 1323. De reliquiis in altari reconditis.»

Cf. Morel, Regesten v. Einsideln Nr. 229. — Pertz, Archiv, 8, 737. — N. Arch. 4, 547.

Scripta sunt manu Ortolfi Stanner qui fuit capellanus eiusdem capellæ, annis 1323—1335, cuius usui etiam præsens liber, ut apparet, commodatus fuit. Idem pag. 198. Rotellas delineavit ad sciendum numerum hebdomadarum a nativitate Dni usque ad Quadragesimam. „Hec scripsit Ortolfus prebendarius altaris S. Johannis ut omnes hiis instructi sui memores recordentur." Idem p. 392: Adelheit dicta Malterra obiit, in cuius anniversario dantur prebendario altaris S. Johannis VI d. de domo et area quondam dicti Nyccen. Cf. Schubiger, Heinrich III p. 52—53. — Geschichtsfrd. 43, 148, 154, 163.

P. 559 vacat.

Altera manu s. XV (?) additur in margine p. 203, 204: Johannes, de Bolonya abbas beate Marie de Capella. P. 361: Eustachius de Riparia monachus beate Marie de Capella. P. 521 Eustachius. P. 499: Omnis homo primum proponit nobile vinum.

Facsimile editum in Paléographie musicale, Solesmes, 1889. Pl. 114. — Schubiger Sängerschule 87. — Idem, Pflege d. K. G. 11, 12.

---

114. (4 Nr. 56.) **Missale Einsidlense.**

S. XII vel XI. Membr. 240×180. 529 pp. (recte 526 quia 222, 291, 404 omittuntur). Quaterniones 2—39 manu sæc. XV signantur; primus excidit. P. 157—188 duæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio rubro obductæ.

P. 1—8: [*Directorium cantus pro diebus festis.*]

P. 8: *Missa pro parentibus. Sequentia Marie Virginis.* «Virginis Marie laudes . . . nos et tuere.»

Ed. Mone, Hymni II. 503. p. 232.

P. 9—141: *Graduale* pro Dominicis et festis cum neumis ut **113,** 63.

P. 142—151: *Alleluia per circulum anni ut* **113,** 198.

P. 151—156: *Antiphonæ in Palmis, in Cena Domini, in Parasceue etc.*

P. 157—188: *Notkeri Sequentiæ ut* **113**, 35—62.

P. 189: [*Hymnus de S. Meginrado.*] «Sanctorum vita, virtus . . . iungamur in celis.»

De S. Blasio ed. Mone Hymni III. p. 238 nr. 855. Henricus de Ligertia addit: „Ista Sequentia cantatur de S. Meginrado patrono nostro, accommodata de S. Blasio martyre. Sed Magister *Rudolfus de Radek* scolasticus huius loci composuit propriam quæ incipitur (!) Nunc devota silva tota tenebrosa sit iocosa per festam victoriam.“ Cf. Geschichtsfr. 10, 176. 43, 154. — Schubiger, Heinrich III. p. 35, 37, n. 2. — Idem, Pflege des Kirchenges. 19—20. Morel, Hymnen p. 292. nr. 513, 2. — Jahresber. üb. d. Erzhgsanst. 1855, p. 15.

Angelicum carmen. Symbolum apostolor. (i. e. Constantinopolit.)

P. 191—201: (*Preces ante inter et post Missam*) aliquid aliter quam **113**, 26—34.

P. 191—194 in margine (sæc. XIV): *Sabbato Sancta Maria* cum neumis: «Salue sancta parens . . . æterni patris filium.»

P. 194—196: [*in margine Sequentia.*] «Ave præclara . . . ad te transire» cum neumis.

Ed. Mone, Hymni II, 355.

P. 196—197 in margine: *Alia* [*sequentia cum neumis*] «Laudes virginis . . . David et Salomon.»

P. 197—199 in margine: *Alio modo* Kyrie et Gloria cum neumis.

P. 202: «Incipit liber sacramentorum de circulo anni expositus a sancto *Gregorio* Papa Romano, editus ex autentico libro bibliothecæ cubiculi qualiter missa Romana celebratur.»

P. 203—204: Præfatio, cuius initium p. 203 super fundo purpureo litteris albis pulcherime cum coloribus ornato.

P. 205—212: *Canon missæ* ad cuius initium imago crucifixi.

Cf. **113**, 220—233. — Rahn l. c. et 295, n.

P. 212—499: *Orationes* et *præfationes pro Missa.*

Ut **113**, 234—523.

P. 334—335 ad marginem alia manu s. XII vel XIII.: *Benedictio uvæ.*

P. 422—426 alia manu s. XIV.

P. 500—501: [*Notkeri*] *sequentia de S. Maria Magdalena* [*cum neumis.*] «Laus tibi Christe . . . spes et gloria.» ut **113**, 556.

P. 502—528: [*Epistolæ et Evangelia.*]

Ut **113**, 524—552.

P. 529 [*Notkeri Sequentia cum neumis de nativitate B. V. M.*] «Ecce solemnis . . . scandere supernam.»

Ed. Mone, Hymni II, 341. p. 28. Fac-simile editum in Paléographie musicale, Solesmes 1889, Pl. 114. B. Cf. Morel. Eins. Handschr. d. K. V. 253. — Idem, Hymnen 10, 18, 45 etc. — Schubiger, Sängerschule 87. — Idem. Pflege d. K. G. 11, 12, 20.

115. (Fol. Nr. 17.) **Missale teutonicum. Teutsch Messbuch.** S. XIV. (1381.) Membr. 269×190. 895 pp. (recte 882 quia 1 et 274 bis, 14 ter numerantur, 505, 545, 717, 727, 737, 763—765, 787 omittuntur. Duæ columnæ. Quaterniones, imo quinterni sexterni signantur 1 — 36 a pag. 29 usque ad pag. 873.— Aliquot initiales ornatæ litteræ, cultro tamen bibliopegæ mutilatæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1 vacat. P. 1bis — 11 Calendarium a Januario usque ad Novembrem in quo notandum 4 Martii: Translatio s. Wenzeslai. 19 Martii Joseph nutritoris, Dni. 2 Maii Translatio S. Elizabet. 25 Aug. Translatio S. Adalberti. 22 Sept. (manu posteriore) Emmeranni epi. 10 Nov. Ludmille virg. Colore rubro ut festa principalia notantur præter nomina Mariæ Appost. etc. 7 Martii Thome de Aquino, 23 April Adalberti et Georgii Mart. 8 Maii Stanislai epi et mart. 6 Junii Vincencii epi et mart. 13 Julii Margarethe virg. 7. Aug. Donati epi. 27 Sept. Stanislai 28 Sept. Wenceslai mart. 15 Oct. Hedwigis ducisse 19. Nov. Elizabeth vid. Inter p. 11 & 12 excisum est folium in quo continebatur finis Calendarii et initium Missalis.

P. 12: «als zuhant uf das daz irvüllet wurde . . .» ex evangelio Dominicæ primæ adventus.

P. 12—469: A Dominica prima Adventus usque ad Pentecosten In roitus etc., der inganc czu der messen, der salve, daz gebete, epistel etc., daz graduwale, der verse, das alleluia, das evangelium, der opfirsank, dy heimlichkeit, dy communio, dy complende.

P. 469—473: *Dy vorgebete noch deme lowfe des iares.*

P. 473—480: [*Præfationes per annum.*] «Dy vorgebeten durch das iar.»

P. 480—491: [*Canon missæ.*]

P. 492: *An dem pfingistage.*

P. 630: *Von der kirwye.* P. 634: «*Die animecht von den heiligen.*»

P. 826: «*Das gemeyne der heylegin.*»

P. 868: «*Von dem spere gotes das man begehit am frytage noch deme sutage (!) noch ostirn.*»

P. 873: «*Umme dy wegevertegin*» [*Missa pro peregrinantibus.*]

P. 877: *Ver dy sunde.*

879: *Von dem heylegin geiste.*

881: *Von dem heiligen crucze.*

P. 883: *Am sunobunde von unsir vrouwen.*

P. 886: *Von den zelen.*

P. 890: *Vor dy fursten vnd byschofin.*

P. 893: *Vor den vatir und muter.*

P. 894 seqq: Completus est iste liber Sabbato ante domini ascensionem. Sub anno domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo primo. In den ioren gotis Tusent dryhundert iar in deme eyn vnd sechezegisten iare an deme obunde der offart gotis by der czeit des mittagis geboren wart der Irlichte furste vnd herre Herczog Conrad der dritte als der

monde was in deme czeichin dir vyssche. — Librum frequentioris usus fuisse probant passim vestigia; imo taliter detritus est aliquibus in locis, præcipue ad initium canonis ut iam non amplius legi possit.

P. 485—486 manu s. XVI: «Laurencius Dracontii (?) Anno D^ni^. M. Quin . . . .»

In operculo anteriore scutum gentilitium eleganter depictum cum hac inscriptione: Hanns Werner Edler Herr auf Reitnaw, Ritter des Sa. Jo. Ordens, Comenthur zue Rordorff vnnd Detzingen etc. verehredt dem Hochwürdigem (!) Gotteshause Unser lieben Frawen zue Ainsidlen, dise alte deutsche Missal zuer gedechtnus Anno 1627.

Idem Polyglotta Waltoni et alios libros monasterio dedit Eius nomen ad annos 1605, 1632, 1645 legitur in Regestis Constantiensibus quas edidit Marmor, Schriften f. Gesch. d. Bodensees, 7. append. 201, 208, 211.

Nomina Sanctorum Calendarii originem ex Bohemia Silesia vel Polonia innuere videntur.

Cf. Calmet, Diarium helvet. 52. — Binterim, Denkwürdigkeiten IV. III. p. 204. — Pertz, Archiv, 8, 737.

Alius codex similis huic videtur esse Erfurti in Biblioth. Amploniana Fol. 148. Cf. Schum, Beschreib. Verzeichnis p. 98.

---

116 (4 N. 72) **Usuardi Martyrologium.**

S. XII. Membr. 248 × 165. 188 pp. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia manicula p. 127.

P. 1. (Sæc. XI.) *Hymnus in Septuagesima* cum neumis: «Dies absoluti pretereunt . . . nunc et iugiter. Amen.»

Cf. Chevalier Repert. 4601.

(S. XII.) [*Hymnus ad Ssmam. Trinitatem cum neumis*]: «O pater ingenite . . . purificator. Kyrie eleison.»

Ed. Morel, Hymnen 57.

P. 2—3 (altera manu s. XII, binæ columnæ) *Versus de inveniendis annis dni. indictionibus, epactis, cyclis etc.*: «Annum qui queris dni. sic nosse doceris . . .» Agitur de anno dni. 1143.

P. 4—5: [*Signa numerorum græca et latina.*]

P. 6: «Quibus locis singuli apostoli iaceant id est Petrus et Paulus Romæ . . . Typrocium Constantia.»

«Luna I bona . . . XXX melior est.»

P. 7—156 *Martyrologium per circulum anni*: «VIIII Kal. Januarii. Vigilia D^ni^. N^i^. J. Christi. Apud Antiochiam Syriæ . . . Childeberti regis.»

Ed. Acta SS. Junii VI, 1—372 et VII, 373—779. — Migne P. l. 123. 124. Adduntur hic varia nomina Ss. sæc. XI nempe p. 8. S. Odilo † 1049. p. 46 Leonis IX † 1054.

P. 17 & 18 Vigilia et festum S. Meginradi additur manu s. XIV. item p. 112 *Dedicatio capelle sce. Marie.*

P. 156: «Beatus Hieronymus in cronica . . . anni DCCV.» e codice **29** p. 176 haustum.

P. 157—172. *Kalendarium*. Singulis mensibus duo uersus præmittuntur: «Jani prima dies . . .»

Adduntur duo nomina defunctorum 25 Aug. HILDIBOLDI presbit. 25 Sept. BERTHA.

Cf. Pertz, Archiv, 2, 320; 8, 737. — Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 259.

P. 173—184: [*Varia de computo* cum tabulis et partim cum neumis.]

P. 181—183: *Cycli* decennovenales pro annis Dni. MCII—MCLXXI.

P. 184—185: Varia de quinque Mariis in evangeliis, tribus Jacobis, de cruce dominica, septem cœlis, tribus magis, duobus latronibus.

P. 185—186 [*Pronostica.*]: «Si fuerit K. Jan. . . et pax sit.»

Cf. Cod. **72**, 60.

P. 186: *Notitia de synodo Moguntina* a. 1049 sub Leone VIIII. consanguineo abbatis Hermanni V. Einsidlensis. Etc. Sæc. XIII Versus chronologici de expeditionibus cruciatis 1096—1208.

Versus ed. Pertz, Archiv 4, 320.

P. 187: Versus varii. Prophetia. (?)

P. 188. Imago S. Catharinæ cum corona et rota fracta.

---

117 (4. N. 67.) **S. Benedicti Regula. Martyrologium.**

S. XI ex. Membr. 256 × 185. 126 pp. Signa quaternionum desunt. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia maniculas apposuit.

P. 1—28: *Martyrologium,* simile illis variis quæ edita sunt in Actis SS. Junii VII. Aliquot festa manu s. XII—XIII addita sunt ut p. 1. 7 Jan.: «Dedicatio Capellæ S. Mariæ Magd.» P. 12. 7 Junii: «Dedicatio capelle S. Meginrad.» P. 13: «Aput Alexandriam passio Akatii . . .»

P. 15: (8 Julii) «In honorem Gangonfi M. La . . . M. Galli conf. B . . . bare Virginis.» 11 Junii: «Disertino Placidi et Sigisberti.»

P. 17. (2 Aug.) «Dedicatio altaris S. Meginradi.»

P. 18. (18 Sept.) «Dedicatio capelle S. Salvatoris.» 22. (13 Oct.) «Dedicatio huius ecclesiæ.»

Cf. Pertz, Archiv 4, 309. 320. — J. B. de Rossi in Boll. Act. SS. Nov. II, 1, p. [XXVIII.] — Hist. pol. Bl. 116, 637. — Morel, E. Handschr. d. lat. KV. 248.

P. 28—83: *Regula S. Benedicti.* Manus s. XIV interdum glossulas latinas intersparsit, parvi momenti.

P. 83 manu s. XIV de fœdere cum congregatione S. Blasii: «Notum sit omnibus . . . habeat scriptam.»

Ed. P. Odilo Ringholz, Geschfr. 42, 148. Cf. ib. 128. — Gerbert, Mon. Vet. liturg. alemann. 2, 140. — Pilger 8 (Einsid. 1849) p. 122.

P. 84—126 [*Homiliæ breves pro diebus dominicis et festis*]: «*Dominica V ante natale dni.* Cum sublevasset oculos. Illi ergo homines . . . operari non possumus.»

---

118 (4. N. 118.) **Missale.**

S. XIV (?) Membr. 212 × 145. 297 folia (primum folium non numeratur, sed numerus 142 omissus.) Duæ columnæ. Vacant foll. 85, 156, 178, 197, 289—291. Inter 143 et 144 unum folium (Dominica Resurrectionis) excisum, item circa 10 folia in fine. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

P. 1—297: «Incipit ordo missalis secundum consuetudinem romanam . . . turba gentium rediens in.» Desinit abrupte.

F. 128' in Litania Omnium Sanctorum quinque tantum confessores nominantur, inter quos Franciscus et Dominicus; præterea S. Clara, ex quo forsan colligere licet Missale hoc alicui conventui O. S. Francisci inserviisse.

P. 292—295: Evangelia de Nativitate Xri et Dedicatione Ecclesiæ cum cantu chorali.

---

119 (132) **Benedictionale.**

S. XV. Membr. 208 × 135. 104 pp. Quaternionum nulla signa. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Exorcismus salis, baptisma, unctio infirmorum (25:) obsequium mortuorum, benedictio cerei, cinerum, aquæ, palmarum, ignis (91:) sponsi et sponsæ, (94:) super capsellas et baculum, (97:) ensis (99 alia manu:) vini.

98—99 «Explicit Obsequiale per Eberhardum Kuprifabri presbiterum rectorem ecclesiæ parochialis in Jonen scriptum.»

Eberhard Kupferschmid Råperswilensis fuit parochus in Jonen 1418—1438. Scripsit etiam vitam S. Thomæ Aquinat. a. 1418, nunc in bibliotheca Thurgoviensi Frauenfeldæ asservatam. Nr. 27. Cf. Katalog d. Thurg. Kantonsbiblioth. 1858. p. 91.

---

120 (N. XX.) **Rituale monasticum.**

S XVI. Membr. 177 × 152. 52 folia primæva manu signata. Quaternionum nulla signa apparent. — Ligatura chartacea serico rubeo obducta.

P. 1—11: *Ordo et processus in abbatis S. Benedictini Ordinis electione seruandus* [pro monasterio Einsidlensi.]

P. 13—18: *Forma eligendi abbatissam.*

P. 19—39: *Modus benedicendi et consecrandi virginem monialem* in Monasterio Münsterlingen per abbatem Houldrichum [Wittwiler] Einsidlensem observatus anno domini 1591.

P. 39'—42': *Benedictio novitiorum. . .*

P. 42'—52': *De monacho faciendo . . . iuxta ritum monasterii Einsidlensis.*

P. 43': «Per fratrem Theodoricum Spörli scriptum.» [Suitensem, professum a. 1587. † 1622.]

Hinc inde aliquæ formulæ theutonicæ habentur. Cf. Pertz, Archiv, 8, 738.

121 (Nr. XIII) [**Graduale. Notkeri Sequentiæ.**]

S. X. Membr. 153 × 110. 600 pp. Fol. 1 et 2 posterius addita non numerantur. — Quaterniones non signati. — Ligatura holosericum cæruleum sæc. XIX. Ora deargentata. Initiales litteræ plures artificiose pictæ. Cf. Rahn, Gesch. d. bild. Künste 145.

I. P. 1—428. [*Graduale S. Gregorii Papæ cum neumis.*]

«*Gradual* Des Heilligen Hochwürdigsten Durchlüchtigisten Inn Gott Fürsten vnnd Herren Herren *Gregorii* Abbte des würdigen Gottshuss vnser lieben Frouwen zuo den Einsidlen etc. Welcher ein Son ist gewesen des Königs In Engellandt. Deme zuo sonderen Ehren vnnd diewyl Ir Hochfürstlich Gnaden solches mit grossem yffer vnd andacht gebrucht, Hat der Hochwürdig In Gott Fürst vnd Herr Herr Ulrich, Abbte Hochermelts Gottshus etc. solches Gradual widerumben Renoviren vnd Vernüweren lassen. Actum den 12 Junii Anno Domini 1597.»

Patet scribam abbatem Einsidlensem Gregorium Anglum (præfuit 964—996) commutasse cum *S. Gregorio Magno* inter cuius opera (Paris 1705 p. 654 seq.) hoc Graduale editum est. Continet autem hic codex, qui recte dicitur *Antiphonarius Missæ*, Introitum, Graduale [R. G= Responsorius Gradualis] Alleluia, Offertorium, Communionem, ubique cum musica *neumis* notata. Videtur in Monasterio S. Galli scriptus esse. Cf. p. 411. Omnino similis codici Sangallensi 359, sed plura habet noster codex. Cf. Scherrer, Verzeichniss p. 124.

Initium deest quia primum folium excisum. Incipit p. 1. Dominica I Adventus: «Alleluia. Ostende nobis Domine . . .»

P. 16—20: Sabbato IV temporum adventus additur *Hymnus trium puerorum* et p. 21—22 *Dominica proxima:* Memento nostri Domine . . .

P. 261—310: Sabbata post Pentecosten sequuntur festa Sanctorum a Natali SS. Marcellini et Petri usque ad festum S. Andreæ. Dein p. 311—342: Dominica de S. Trinitate usque in Dominicam XXIII post Pentecosten. Inter pp. 342 et 343 lacuna.

P. 343—370: *Alleluia cum versu* per totum annum.

P. 371 vacat. P. 372—373: «Omnipotentem semper adorant . . . tempnere prompti.» Cum neumis.

P. 373—376: *Hymnus trium puerorum* cum neumis.

P. 377—381: *Antiphonæ in dominica Palmarum.*

P. 381—382: *Versus Thiotolfi:* «Gloria laus . . . sancta placent.»

P. 383—384: *In cena Domini.* P. 384—391: *In Parasceue ad salutandam crucem:* «Popule meus . . . crux fidelis.»

P. 391—394: *Antiphona ad processionem infra Pascha.* «Surrexit enim sicut . . . in tormentis. Alleluia.»

P. 394—404 *Antiphonæ in letania maiore:* «Ego sum deus . . . creatura tua domine.»

P. 404—405 *Ad poscendam serenitatem:* «Inundaverunt aquæ . . . tuum deus noster.»

P. 405—406 *In tempore mortalitatis:* «Libera domine populum . . . domine deus noster.»

P. 406 *De pœnitentia:* «Convertere domine . . . deus noster.»

P. 407—416: *In natalitiis sanctorum. Ad reliquias deducendas. De sancto Petro et Paulo. De uno martyre vel confessore. De uno confessore.* [S. Gallo.] *De quacunque tribulatione.*

Editum ut liber Antiphonarius S. Gregorii magni Migne P. l. 78, 641—724.

P. 417—427: [*Elenchus versuum ad Communionem* cum initio *Psalmi simul cantandi.*]

P. 428 [*Notæ de missis votivis*]: «*In ebdomada de S. trinitate . . . pro semetipso sacerdote.*»

Hæc prima codicis pars ope artis photographicæ publicata in opere *Paléographie musicale.* T. IV. Solesmes. 1894.

Imago codicis etiam prostat apud A. Reissmann, Illustr. Gesch. d. deutsch. Musik Lpz. 1881. p. 41.

Cf. Schubiger, Sängerschule 11. 12. Tab. III—IV. — Idem, Pflege d. K. G. 9. 12. — Morel, Eins. Handschr. d. l. K. V. 253. — Zimmermann, Anz. f. Schweiz. Gesch. II. (1877) 343.

II. P. 429—600. *Notkeri Sequentiæ.*

P. 429—433: [*Epistola ad Liudwardum Vercellensem episcopum.*] «Cum adhuc iuuenculus essem . . . dirigere festinabo.»

Ed. Gerbert, de cantu et musica I. 413. — Migne, P. l. 131, 1003—1004.

P. 434—435: *De s. Maria Magdalena.* «Laus tibi Xpe . . . in fimbriis aureis.»

Ed. Mone 1034. — Cf. Morel, Hymnen p. 273.

P. 436: «Incipit liber ymnorum Notkeri», splendide litteris aureis in folio purpureo scriptum.

P. 437—599: «Natus ante secula . . . Tum decantemus Alleluia.»

P. 600: probationes pennæ.

Sunt universim 73 Sequentiæ cum notis musicis in margine quorum maior pars edita est P. l. 131, 1005—1023. Aliæ editæ sunt apud Mone, Hymnen, Daniel, Thesaurus etc.

P. Gall Morel ex hoc codice edidit Sequentiam *de S. Natali* p. 543—546 l. c. Nr. 9. p. 5—6. *In Octava Epiphaniæ* p. 585—561 l. c. Nr. 24 p. 13—17. Item *in natali Innocentum* p. 549 et 556. l. c. Nr. 216 et 217. p. 140. *De SS. Martyribus* p. 524—526. Nr. 281. p. 173—174. *De SS Gordiano et Epimacho* p. 572—576. l. c. Nr. 428 p. 237—238. *De S. Leodegario* p. 590—594. l. c. Nr. 469 p. 265—266. *In natali S. Mauritii* p. 535—538. l. c. Nr. 508. p. 288—289. Cf. ibid. pp. 4. 6. 10. 11. 18. 145. 175. 179. 181. 273. 288. 291. 300. 310. — Kornmüller, Studien aus d. Benedictiner-Orden I (1890) Heft 2. p. 56. — Raillard, Mémoire explicatif sur le chant de l'Eglise. Paris 1882. p. 27. — James Mearns in Julian Dictionary of hymnology p. 812—816. De codice Einsidl. p. 813. — Gerbert, de cantu et mus. I. 409. 412. 413. 415. — Schubiger, Sängerschule 24, 39, 40—44, 86 etc., Monumenta 3, 5, 8, 12, 14, 16, 20, 27, 30. — Idem, Pflege d. K. G. 9. 11. 12. — Id. Musik. Spicileg. 29. — Dümmler, N. Archiv 4, 546.

V. SS. PATRES.

122. (Fol. N. 140) **Origenes in ll. Numeri Josue Judicum.**

S. XII. Membr. 353×279. 250 pp. (recte 252. quia 45 ter numerantur.) Primum folium vacuum non numeratur. — Duæ columnæ. — Quaterniones pauci signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Maniculas apposuit H. de Ligertia.

P. 1: *Prologus beati Hieronimi presb. in homilias Origenis de libro Numeri:* «Ut verbis, tibi frater . . . profectu legentium ponat.»

Inter opera S. Hieron. non habetur. Ed. ut prologus *Rufini* ad Ursacium. Origenis opera omnia Wirceburgi (1783) T. VI. 262—263.

P. 2—153: *Homiliæ in lib. Numeri* editæ ibid. 263—570.

Ed. Migne P. g. 12. 583—806.

P. 153: «*In Jesum Nave præfatio Hieronymi presbiteri ad Cromatium.* In divinis voluminibus refertur . . . expetis ab indoctis.»

Ut prologus Rufini habetur editus ibid. VI. 600—601. Editum etiam sub nomine Hieronymi (?) in edit. Origenis Paris. 1512. vol. I. Fol. 94.

P. 154—227: Homiliæ 26.

Ed. Wirceburgi 1783. VI. 601—764. — Migne P. g. 12, 823—948.

P. 228—250: *Homiliæ VIII in librum Judicum.*

Ed. ib. T. VII p. 6—62 sed in codice omittuntur editionis pp. 54—59. — Migne P. g 12, 951—990.

Valde similis argumenti sunt codices Berolinensis Nr. 42. (Rose, Handschr. I. 57.) Coloniensis III. (Jaffé et Wattenb. Cat. 2.) et Mellicensis 38. (Catal. I. 82.) — Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 254. 257.

123 (Fol. N. 141) **Origenes Ad Romanos.**

S. XII. Membr. 355 × 260. 316 pp. Primum folium vacuum non numeratur. — Duæ columnæ. — Quaterniones pauci signantur.

Codex per omnia similis est præcedenti.

P. 1—3: *Epistole Rufini presbiteri ad Eraclium. Præfatio Origenis*

P. 3—4: *Abhinc Rufinus loquitur.* «Prima nobis quæstio . . . compendiis explicemus.»

P. 4—316: *Explanationum Origenis in epistulam Pauli ad Romanos ll. X.* «Paulus servus Jesu . . . dirigente dictemus. Amen. Explicit liber X. Habet UN. ID. CCCLXD.»

Edit. Wirceburg. T. XV. (1794) 1—541.

Cf. Fabritius, Bibl. lat. 3, 429. — Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 257. 258.

P. 61 manus s. XVII in margine hæc addidit: „Omnia ferme hic sunt mendose scripta ut librarium aut vecordem aut somniculosum putare liceat. Cautius igitur omnia legas."

124 (Fol. Num. 85) **Homiliæ Chrysostomi.**

S. X. Membr. 308×212. 156 pp. (recte 158, quia 50 ter numeratur.) Primum folium non numeratur. — Quaterniones I—IX. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ. Maniculas et facies addidit H. de Ligertia.

P. 1—155: *Homeliarum beati Johannis episcopi Os aurei Constantinopolitani expositio in evangelium.* «Quantum quamque gratum et utile . . . qui in actibus Apostolorum.»

Operis imperfecti in Matthæum quod falso *Chrysostomo* attribuitur, homilia 32 ex capite 19 usque ad Homiliam 46, capite 24 vers. 38.

Ed. Montfaucon Parisina altera (Gaume 1836) T. VI. II. 870 A — 938 B. In eodem loco abrupte desinit etiam codex Vallis Dei.

Apparet p. 103 antiqua divisio: „ . . . recedit a lumine. Explicit liber I. Incipit liber II eiusdem homiliæ. Intravit autem rex . . ." de qua in editione l. c. 915 D. nullum vestigium.

P. 155 in fine H. de Ligertia: „Substancie rerum non cognoscuntur per colores . . . Explicit opus sci. Joh. os aurei."

P. 156 vacat.

Primo folio p. 1 manu s. XV: Amen dico tibi non est plus ibi. Ulricus Mentorf scripsit hoc. F. 2. 5. X tabula numerorum [pro *loquela digitorum?*]

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV, 250.

---

125 (Fol. Num. 142) **S. Hieronymi in Isaiam.**

S. X. Membr. 350×266. 460 pp. (recte 470 quia pag. 26 quinquies, 47 ter, 359, 360, 413, 414 bis numerantur.) — Duæ columnæ. — Quaterniones non signati. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. d. Ligertia maniculas et facies humanas apposuit.

Ed. Migne P. l. 24, 17—678.

P. 466 alia manu s. X: „Regula formatarum. Greca elementa . . . constitutum." Decem lineæ pene extinctæ ita ut vix legi queant. Ut in codice **263** p. 186.

Notavit ad hunc codicem P. Gallus Morel: Fr. Henricus de Ligercia Catalogum fratrum nostri monasterii sub Abbate Henrico de Brandis adiecit, qui nunc inter fragmenta habetur in Archivio.

Cf. Pertz, Archiv, 8, 738. — Morel, Lat. Handschr. d. l. K. V. 254. — Meier, H. v. Ligerz 24. 49.

---

126 (Fol. 86) **Hieronymus in Matthæum.**

S. IX—X. Membr. 318×220. 267 pp. (recte 270 quia 21 bis, 142 ter numeratur.) Quaterniones A—R. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1 littera initialis satis eleganter picta.

«Plures fuisse qui . . . cum Apostolis.»

Ed. Migne P. l. 26, 15—218.

P. 267 et bis in operculo posteriore: „Subo nomen meum, libri huius grafius. Qui legis memento mei cum legeris."

Cf. Morel, Handschr. d. K. V. 254.

127 (Fol. Num. 74.) **Varia Hieronymi et Bedæ.**

S. XII. Membr. 290 × 215. 136 pp. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—19: «*Incipit liber beati Hieronimi de mansionibus filiorum Israhel.* In septuagesimo septimo psalmo . . . corruent in illis.»

Epist. 78. Ed. Migne P. l. 22, 698—724.

P. 19—31: «*Hieronimus ad quendam de prodigo filio.* Beatitudinis tuæ . . . non siliquis.»

Ep. 21 ad Damasum. Ed. Migne l. c. 379—394.

P. 31: «*Epistola Hieronimi ad Amandum* Propositio fuit . . . in cunctis.»

Ed. Migne P. l. 22, 564—565. Est pars epistolæ 55. Cf. notam ibid.: Hinc alteram epistolam incipiunt MSS.

«*Epistola cuiusdam ad Marcellam.* Brevis quæstiuncula quam misisti . . . dictaremus.»

Epist. 42. ed. ib. 477—478.

P. 33: *Interpretatio variorum vocabulorum S. Bibliæ.* «Ligni sethim. Sethim genus est ligni . . . grece antrox dicitur.»

Additæ sunt glossæ germanicæ ed. Steinmeyer & Sievers AHD. Gl. I. 326.

P. 34—134: «*Incipit expositio Bedæ presbyteri de tabernaculo et vasis eius ac vestibus sacerdotum.*»

Ed. Giles VII, 225—367.

P. 134: *Beda, de templo Salomonis, epistola ad Accam.* «(H)ortatur nos uas electionis et magister . . . nobis intercede.»

Ed. Giles VIII, 262—264.

P. 136: *Capitula sequentis libri.* «(Q)uod ædificatio tabernaculi et templi . . . domus domini.» «(D)omus Dei quam ædificauit rex . . . nescitis quia.»

Cetera desunt. Edit. l. c. 264—265.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 248. 253. 254.

---

128 (4. Num. 53.) **S. Hieronymi epistolæ.**

P. 132—166, b: «*Incipit ad Nepotianum quomodo in clericatu vivere debeat.* Petis Nepotiane . . . talis est confitetur.»

Ep. 52 ed. ib. 527—549.

P. 166, b—204: «*Epistola B. Hieronimi ad Oceanum de eo quod scriptum est. Unius uxoris virum.* Numquam fili . . . quod concessum est.»

Ep. 69 ed. ib. 653—664.

P. 207—232: «*Hieronimus ad Furiam de viduitate servanda.* Obsecras litteris . . . nuptiis cogitabis.»

Ep. 54 ed. ib. 550—560.

P. 232—313: «*Incipit ad Eustochium de uirginitate.* Audi filia . . . cooperient eam. Explicit epistola ad Eustochium.»

Ep. 22 ed. l. c. 22, 394—425.

P. 204—206 et in marginibus pp. 34, 35, 70, 71, 175, 176 altera manus rudis s. X vel XI varia addidit medicinalia: *De urinis*, p. 206: de effemeris, p. 171—172 oleum sabinæ, p. 179—180, 183, 184 de pulsibus.

P. 313 varia addita sunt partim scriptura secreta, quæ difficilia sunt lectu: «Kn dkf Mfrexrkk . . .» (= In die Mercurii) etc.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 254. 257.

---

187. (4. N. 52.) **Cassiani. De institutis cœnobiorum ll. XII.**

S. XI—XII. Membr. 248×190. 191 folia erronee numerata. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Singulis libris præmittuntur capitula, primo excepto.

F. 2—191': «*Incipit libri primi præfatio beati Cassiani.* Virum sapientissimum salomonem . . . muneris in ueritate credamus.»

Ed. Corpus Script. ecclesiast. lat. vol. 17. (Vindob. 1888.) 3—321.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 250.

---

188. (4 Num. 22.) **Andreæ casus summarii.**

S. XV. (1466) Charta. X folia vacua. 248 pp. 9 folia vacua. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. II: *Carmen pulcherrimum ad sanctam crucem.* «Silvarum splendor . . . per orbem.»

16 versus inediti.

P. 1—225: *Casus summarii decretalium Jo. Andreæ. Lib. VII.* Gregorius epus . . .

P. 228—245: *Casus summarii Clementinarum.*

P. 246: vacat. P. 247—278: *Auctoritates quinque librorum decretalium.*

P. 279—280: Nota. *Quattuor sunt casus in quibus delictum patris nocet filiis . . . Casus in quibus melior est conditio mulierum quam marium . . . Casus in quibus par est conditio marium et feminarum.*

P. 281—282 vacat. P. 283—84 alia manu: *Nota de appellationibus.*

P. 278: Finis Bononiæ III die Septembris anno MCCCCLXV per Johannem Hugonem de M. rectorem ecclesiæ parochialis Nuwenburg Constantiensis diœcesis. P. 39. Finis primi decretalium XI die Marcii anno 1465 Bononie. Studiorum Bononia mater. [Scuta gentilitia Bononiæ.]

P. 71: Finis secundi libri Decretalium XXII die Aprilis 1465 Bononie. P. 110: Finis secundi libri Decretalium. Seq. quartus liber decretal. per abbatem Saulum (?) P. 126: Finis 4[ti] libri decretalium XXVI[a] die Julii Bononie. Sequitur 5[ti] libri d. Jo. de Stams (?) Bononiæ doctor.

P. 172. Finis casuum summariorum quinque librorum decretalium Bononiæ XVI die Augusti. Incipiunt *Sexti et Clementinarum casus.*

P. 228: Finis casuum summariorum VI libri decretalium in die s. Augustini Bononiæ 1465. Sequuntur casus summarii Clementinarum Jo. An. et Genselini. (?)

P. 245. Finis casuum summariorum quinque librorum decretalium VI et Clement. die II patris (?) Augusti Bononie.

P. 280 et 284: 1466 Basilee.

P. 1: Hic liber comparatus est a me Alberto de Bonstetten professo loci Heremitarum in florenti Universitate Basileensi 1466.

Cf. Geschichtsfreund 3, (1846) 10. — De auctore († 1348) cf. Fabric. Bibl. lat. I, 89. — Quellen z. Schweizergesch. 13, 161. — Grandidier, Nouv. œuvres inéd. II (1898.) 22.

---

189. (Fol. N. 73.) **Hugo de S. Victore. S. Bernard.**

S. XV. Membr. 290×208. 292 pp. (recte 294 quia 1 ter numeratur.) — Duæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ anno 1601.

P. 1, a. Index totius voluminis. P. 1, b vacat.

I. P. 1—216. Signatura I—XIII.

P. 1, c—210: *Hugo de S. Victore, de Sacramentis. Liber I.*

Ed. Migne P. l. 176, 173—364. — Cf. Chevalier, Repert. 1095. — Fabricius, Bibl. lat. 3, 881.

P. 211—213: *De septem vitiis.* «Septem sunt vitia principalia . . . necessitate excusatur.»

P. 214—216: «*Epist. S. Bernardi Abb. ad canonicos Lugdunenses de conceptione S. Mariæ.*»

Ed. Migne P. l. 182, 332—336.

II. P. 217—236. Folia ab antiqua manu 1—38 signata.

P. 217—236: *Hugo de S. Victore de archa Noë mystica* (alias liber V. de arca Noë).

Ed. Migne P. l. 176, 681—704.

P. 226—291: *Hugonis de S. Victore de Arca Noë (morali) pro archa Sapientie LL. IV.*

Ed. l. c. 617—680. Decem ultimæ lineæ codicis non habentur in editis. Sequitur p. 291 (s. XV:) „Hic finit quartus liber Hugonis de S. Victore de mystica archa Noe, quem hic sequeretur eiusdem de eadem liber quintus tractans de figuratione eiusdem arche. Sed idem liber quintus supra positus est ante primum. Cuius initium est primum in planicie ubi archam depingere volo etc. ut supra. A. I. B."

P. 1, a. (manu s. XV:) Istum librum legavit conventui beate Marie Virginis in Dumo iuxta Eyndoviam ordinis canonicorum regularium honorabilis dominus et magister Martinus de Zomeren canonicus Bustiducensis. [Herzogenbusch.]

P. 2 et 3 (sæc. XV): LIBER MARTINI De Zomeren Canonici in Busco.

P. 47. (s. XV): Liber Sanctæ Mariæ Hamensis ecclesiæ.

P. 206. (s. XV): Liber Magistri Martini de Zocmeren . . . (rasura) Ecclæ.

P. 210. (s. XV): Liber . . . (rasura) qui eum abstulerit anathema sit.

---

190. (4. N. 87.) **Varia SS. Patrum opuscula.**

S. XV. Membr. 237×168. 136 folia, primo non numerato. — Binæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ anno 1601.

F. 1—54 numeri paginarum ab antiqua manu notati partim abscisi sunt.

I. F. 1—11: «*Richardus de S. Victore* super hoc psalmo: Afferte Domino filii Dei . . . in aspiratione voluntatis.»

Ed. Migne P. l. 196, 285—308B.

F. 11—52': «Hic incipiunt *sermones sancti Barnærdi de diversis. Primo de nimia quadam fallacia presentis vite.* Vera omnino sententia . . . est benedictus in secula seculorum. Amen.»

Sunt sermones 1—32, 40—42. Ed. Xenia Bernardina Fasc. III. p. 737—858; 885—909

F. 53—54: [*Parabola beati Bernardi* clarevallensis de guerra inter Babilonem et Jerusalem.] «Inter babilonem et . . . caritatis decem milia.»

F. 54' [Registrum super prædictos sermones S. Bernardi.]

II. F. 55—103': *S. Augustinus* super psalmos graduales (119—133.) «Brevis psalmus et utilis . . . ad te benedictio.»

Ed. Migne IV, 1595—1738.

III. F. 104—132: *Compendium operum S. Dionysii Areopagitae.* Folia antiqua manu signata I—XXVII.

«Omne bonum datum naturalium . . . iuxta consonantiam scriptorum.»

Fol. 129'—131: [Epistola ad Titum.] «Thite tota me . . .»

Ed. Biblioth. max. P. P. 2, 365—367 iuxta aliam versionem.

F. 133—139: «*Incipit epistola beati Dyonisii ad Thymotheum de transitu beatorum apostolorum Petri et Pauli.* Saluto te Thymothee . . . laus et decus . . . seculorum. Amen.» *Explicit epistola . . . et Pauli.*

F. 136′ vacat.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 251.

Folio præambulo index contentorum. „Liber domus beate marie in Gæsdonck prope Goch.“

VI. CANONES.

191. (Fol. Num. 105.) **Canones etc.**

S. VIII—IX. Membr. 318×226. VI et 233 folia (totaliter 239, recte 237, quia 165 bis numeratur, econtra 81, 203 et 204 excisa sunt.) Quaternionum nulla signa. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ. — In operculo anteriore scutum gentilitium (Ex-libris) *Signum Phœnicis.*

F. I′—II′: *Expositio catholicæ fidei a sanctis patribus et venerabilibus sanctæ dei ecclesiæ pastoribus, qui piissimo principe rege Karlo iubente congregati in loco celebri qui dicitur Franconofurd, latine vadus Francorum* [a. 794.] . . . «Credimus in unum Deum patrem omni . . . perficiat in eternum. Amen.»

Ed. Schannat et Hartzheim, Concilia Germaniæ I. 320—327.

F. II′—III: [*Expositio in Epist. II ad Timotheum III, 1—13:*] «Fidelis sermo si qui episcopatum . . . etiam arguendi.»

Abrumpitur quia inter III′ et IV duo folia, ut videtur, desunt.

F. IV—V: [*Tractatus moralis de avaritia etc.* mutilus ab initio.] « . . . membrum tangitur. Idcirco . . . per contemplationem volat.»

F. V′: Arcus duabus columnis impositus coloribus decoratus.

F. VI—1: «*Breb* [=breve] *nominum episcoporum urbis Rome qui fuerunt a sancto Petro quis quantum sedit.* Petrus sedit annos XXV menses IV dies III. Linus sedit . . . Adrianus sedit annos.»

Duorum ultimorum Pontificum Stephani (768—772) et Adriani (772—795) anni non adscribuntur.

«*De quattuor sinodis receptis.* Dicamus nunc quemammodum uniuersalia sanctaque concilia . . . ferentes regulas . . .» abrumpit imperfecte.

F. 2 vacat. F. 2′ Arcus similis illi F. V′.

F. 3—7′: [*Elenchus contentorum codicis:*] «Continet codex iste canones ecclesiasticos et constituta sedis apostolicæ id est Canones Niceni concilii cum præfatione . . . obiurgationis epistola.»

Ed. Migne P. l. 56, 359—368.

F. 8 vacat. F. 8': [*Brevis notitia de synodis Nicaena, Ephesina, Chalcedonensi et tribus Constantinopolitanis.*] «Sancta synodus Nicæna in qua . . . Constantinus imperator.»

Inter 8 et 9 octo circiter folia exciderunt. Deest initium synodi Nicææ usque ad finem cap. 18.

F. 9—229: *Codex canonum ecclesiasticorum,* primum a Quesnellio vulgatus, a fratribus Ballerini emendatus: «Iste omnimodo tempora . . . viri consularis.»

Ed. Opera S. Leonis M. III, 473. seqq. — Migne P. l. 56, 396—746. Deest initium (P. l. l. c. 367—396.). F. 25 omittitur sicut et in aliis codicibus clausula synodicæ Gangrensis (cap. V.): Hæc autem . . . fieri exoptamus. Ed. 452—453. Inter fol. 81' et 82 extat lacuna in cap. 36—39: „talibus itaque . . . substantiæ cum patre.“ P. l. 581C—583B. F. 87 loca SS. Gregorii et Basilii transponuntur in editione l. c. 595—596. Lacuna foliorum 203 et 204 abstulit initium capitis 80 usque ad verba „. . . apulis importunus inmisceat“ ex epistola Leonis 59. — Inter fol. 226 et 227 item exciderunt finis cap. 94 et initium cap. 95 ex epp. Leonis 162 et 163. Denique inter fol. 228' et 229 excidit finis cap. 97 et initium cap. 98.

Cf. Maassen, Bibliotheca Latina juris canonici manuscripta. Pars I. num. VI. In Sitzungsberichte d. phil. hist. Cl. d. kais. Akad. 56. (Wien 1867) 198—199.

F. 229'—230': [*Notitia provinciarum Galliæ.*] «Metropolis civitas Lugdunensium . . . civitas elufacium.»

Contulit Mommsen anno 1885 et ed. Mon. Germ. Auct. antiq. 9 (1889) 584—612. Sæpe alibi. Cf. Potthast, bibl. hist. 868. — Dantier, Rapport 31.

F. 231—232: [*Hymni Ambrosiani pro Feria I usque ad Sabbatum. Eiusdem hymnus pro infirmis.*] «Christe cœlestis medicina patris . . . tempore sæcli.»

Ed. Ballerini VI, 863 seqq.

F. 232—232' [altera manu s. IX: *Capitulare Attiniacense anno 822.*] «Dei igitur omnipotentis inspiratione . . . deinceps ullus proue[h]atur.»

Ed. ex cod. Guelferbytano Mon. Germ. Legg. I, 231. — Migne P. l. 97, 445—448.

F. 232' [Sæc. XI: *Hymnus de S. Maria cum neumis.*] «Fecunda verbo tu virginum . . . dat sublevandis.»

Cf. Chevalier, Repert. hymn. 6420.

F. 233 vacat. F. 233' [altera manu s. IX:] «*De modis annorum.* Primus modus est annus secundum stellam quæ vocatur Mercurius . . . Luna post XXVII dies et VIII horas.»

Cf. Gerbert, Iter alem. 79. — Archiv f. ält. d. Gesch. 7, 180. 8, 739. — O. Guenther, Epistulæ imperat. (Corpus SS. eccles. vol. 35.) p. LXII. — Morel, Eins. Handschr. d. l. K. V. 243—245. 249—253. 255—257. 259. 260.

---

192. (Fol. Num. 121.) **Index iuris canonici. A—D.**

S. XVI. Charta. Fol. 54 quaterniones. — Tabulæ ligneæ partim corio albo obductæ.

F. 1: Dono accepit Joannes Udalricus Zazius a Dno Georgio Pistorio Villingensi anno 1534. MDXXXIIII.

F. 2: «In nomine individue trinitatis p. et f. etc. Amen. Dominica Quasimodo geniti 1521. Caspar Gaisslecher.» [Paisslecher?]

«A pro per exponitur. Si homo . . . Dux qui contumax fuerit capite plectitur Gl. fl. patet qq. 3.»

Opus integrum 4 vel 5 volumina complectebatur.

---

193. (Fol. Num. 154.) **Decretum iuris canonici.**

S. XIII. Membr. subtilis. 355×338. 218 folia (recte 219 quia 21 bis numeratur.) 2 columnæ. Margines largi. Quaterniones I—XXVIII. — Litteræ initiales rubro et cæruleo colore pulchre depictæ. — Tabulæ ligneæ corio subflavo obductæ.

F. 1—7: [*Prologus.*] «In prima parte agitur de iustitia naturali et positiua . . . licite copulari valeant.»

F. 6'—7' [In margine]: «Quoniam novis supervenientibus morbis novis est remediis succurendum idcirco ego Bartholomeus Brixiensis . . . sed primus constit.»

F. 7—212' [*Decretum Gratiani*]: «Humanum genus duobus . . . patrem facientem.»

De Bartholomæo Brixiensi († 1250) cf. Fabricius, Bibl. med. et inf. lat. I, 165. Edit. Paris. 1581. Chevalier 227.

In marginibus passim adduntur glossæ anonymi.

F. 217, b: [*Wernh. de Woleshofen can. Beronensis vendit libros suos monasterio Einsidlensi.*] «In nomine. Amen. Notandum quod sub anno Dni MCCCXXII Ego Magister Wernh . . .»

Ed. P. Gallus Morel in Serapeum I (1840) 365—367 et Geschichtsfreund 21 (1866) 137—139. — Cf. ib. 124 et 43, 158. — Pertz, Archiv 8, 739. — Gottlieb, mittelalt. Biblioth. Nr. 213. p. 80—81. — Wernherus de Woleshofen obiit 17. Januarii incerti anni. Mon. Germ. Necrologia 1, 553.

[Manu s. XIV]: „Iste liber est dominorum conventualium monasterii loci Heremitarum".

F. 218 (abscissum) continet rationes cuiusdam notarii.

F. 218' *Benedictio vulneris* lingua germanica pene evanida, difficilis lectu s. XV. (?) „In dem namen des vatters und des heiligen geistes . . . also mosse dise wunde tuon. In dem namen des vatters . . ."

In operculo anteriore documentum mutilum de anno 1438.

---

194. (Fol. Num. 153.) **Decretales Gregorii IX.**

S. XIII—XIV. Membr. 376×240. 298 pp. Margines largi. Duæ columnæ. — Quinterniones non signantur sed custodibus clauduntur. Ab initio mutilum. Inter pagg. 112 et 113 sex folia excisa sunt. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Decretalium Gregorii IX ll. V.

Octo priores tituli decretalium desiderantur. Incipit: «provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi a sede ap. postulasti . . .»

Decretal. Lib. I. Tit. VIII. capite V. Ed. Richter (Lips. 1839) II. col. 97.

Desinit p. 297: *De regulis iuris.* « . . . homagium compellatur.» L. c. 892.

Destera scriptoris careat gravitate doloris.
Scriptor sum talis ostendit littera qualis.

Pag. ultima varia aliena manu.

---

195. Rubricæ super Decreta.

S. XV. Charta. Fol. 123 folia (recte 124 quia 82 bis numeratur.) Vacant 25′, 26—28′, 121—123′. Scriptura italica. — Ligatura recens.

F. 1—121: *De Judiliis Rubrica libro VIº.* «Tractatus iudiciorum frequentissimus est . . . in ljº consilio et ludanen.»

Est commentarius valde prolixus in librum II Sexti Decretalium.

---

196. (Fol. Num. 34.) **Panormia Ivonis Carnotensis.**

S. XII. Membr. 258×175. 442 pp. Primum folium vacuum non numeratur nec quaterniones. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—23: «*Incipit prologus Panormiæ vel Pannormiæ Juonis venerabilis Carthotensis (!) episcopi* multimoda distinctione scripturarum sub una castorum eloquiorum facie contentarum. (E)xceptiones ecclesiasticarum . . . quærere debeat.»

Ed. Migne P. l. 161, 47—60.

P. 24—441: «Credimus unum Deum . . . ultimis suppliciis offerri.»

Ed. ib. 1045—1338. — Cf. Archiv f. d. Gesch. 7, 180; 8, 739.

P. 442: [Pseudo] „*Ciprianus.* Duodecim abusiva sunt sæculi hoc est . . . rotatur ad tartara.“ Septem lineæ, argumenta solum eiusdem tractatus Pseudo-Cypriani, ed. Migne P. l. 4, 947—960. — Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 256.

---

197. (4. Num. 73.) **Cresconii liber canonum. Isidori etc.**

S. X. Membr. 245×185. XVI folia et 388 pp. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ. — Maniculas adpinxit H. de Ligertia.

I. P. I—262: *Cresconii concordia canonum.* Quaterniones I—XVIII. Folia minora quæ non numerantur post p. 62, 118, 124.

P. I. vacat. P. I′: [versus] «Cresconii monimenta patent . . . concordia conciliorum.»

Ed. ex hoc codice Maassen, Bibl. lat. I, VI. p. 200.

«Hic habetur concordia . . . Leonis et Gelasii. Explicit.»

Ed. Rose, Verz. d. lat. Handschr. d. k. Bibl. Berlin. I, 180—181.

P. I′—II: «*Adnotatio canonum SS. Patrum.* Concilium sacrum . . . mella fluit.» [10 versus.]

Ed. C. Weymann, Hist. Jahrbuch. d. Görresges. 19 (1898) 90. — Migne P. l. 56, 758—759. — Idem **199,** 275.

P. II—III′: [*Præfatio.*] «Domino uere sancto . . . deo digne. Finit præfatio.»

Ed. Migne P. l. 88, 829—832.

P. III′—XVI′: Capitula CCXCVIIII.

P. 1—233: «*Incipit liber canonum. De ordinatione episcopi* . . . catholicos fecerint.»

Ed. Migne l. c. 832D—942.

P. 233—237: «*Incipit expositio fidei concilio Calcedonensi.* Dominus noster . . . anathematizari.»

Ed. Crabbe, Concil. (Colon. 1551) I, 882.

P. 237—238: «*Apud Niceam.* Credimus in unum . . . apostolica æcclesia.»

P. 238: *Symbolum concilii Constantinopolitani.*

P. 239: «*Ex cognitione quartæ synodi.*»

P. 239—250: «*Incipit epistola decretalis papæ Leonis ad Anastasium episcopum Thessalonicensium. Titulo XXXI.* Quanta fraternitati tuæ . . . se humiliat exaltabitur.»

Ep. 14. ed. Migne P. l. 54, 668—677.

P. 250—261: «*Incipit epistola* [Damiani Ticinensis sub nomine] *Mansueti episcopi* [Mediolanensis] *ad Constantinum imperatorem.* Domino serenissimo . . . non erit finis.»

Ed. Migne P. l. 87, 1261—1268. — P. 257—261: „*Expositio fidei*" habetur etiam apud S. Augustin. sermo 200. Mai, Nova Bibl. PP. I, 463—464.

P. 262: «*Incipit expositio S. Augustini de secreto gloriosissimæ incarnationis domini nostri Jesu Christi.* Inter cætera et ad locum lege . . . secrete sunt exponenda. Explicit.»

Idem in codice bibliothecæ Bodleianæ Oxfordii Laud. 882 (118) nostro valde simili. — Cf. Maassen, Bibl. lat. iuris canon. manuscripta. Sitzgsber. d. k. Ak. 57, p. 200—201 et 181—182.

II. 263—388. S. XI. Quaterniones signantur a—g.

P. 263—379: *Isidori Hispalensis De officiis ecclesiasticis ll. II.*

Ed. Migne P. l. 83, 738—826.

Libri I cap. 25 „de sabbato," et libri II caput 14 „de Acolythis" omittitur.

P. 380—387: «*Incipit epistola Hieronimi presbyteri ad Dulcinum Buticum.*» [Lucinium Ræticum.]

Ep. 71. Ed. Migne P. l. 22, 669—672.

P. 388 vacat.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 251. 254. 256.

---

198. In Decretales Gregorii IX etc.

S. XV. (ca. 1468.) Charta. 4°. 450 pp. quæ tamen numerantur a. p. 310—758 quia codex olim coniunctus fuit cum **201** et **200.** Pagg. 332, 364, 550, 674, 678 bis numerantur, 521, 522, 577, 677 omittuntur. — Ligatura papyr. recens.

P. 310—467: *Notæ in V libros Decretalium Gregorii IX.* «Gregorius servus servorum Dei dilectis in Chro. filiis universis doctoribus et scolaribus Bononiæ commorantibus . . .»

Textus Decretalium hic non habetur sed tantum prima verba cuiusque capitis cum notis alicuius docti.

P. 468—479: *Varia decreta Bonifacii VIII.*

P. 480—620: *Notæ in librum VI Decretalium.*

P. 621—623: *Tractatus de falcone per dominum Bartholomæum de Saxoferrato editus.* «Comes Gwido cum ivisset venatum amisit falconem quendam . . . ut probat dns de celpis.»

P. 623—624: *Epistola Gregorii Schirmer* vicarii Maguntinensis anno 1468.

P. 625 vacat.

P. 626—749: *Casus summarii in Clementis Papæ V constitutiones* partim iuxta *Joh. Andreæ.*

Ed. Basileæ 1494. (Inc. 265. aa II.) Conf. cod. **188.**

P. 750: «Quæritur utrum contra reum conventum in iudicio sufficiat ad probandum inter eum solum iuratum actoris . . .»

P. 751: «Cur Ecclesia reos sanguinis defendit si ad ipsam confugiant . . .»

P. 752—757: *Repertorium sive continuatio facta super decreto per dominum Paulum de Lyazariis.* «Quoniam faciendi libros plures . . . dignetur qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.»

Claruit circa ann. 1340. Cf. Fabric. Bibl. 3, 205.

P. 757. [*Formulare cuiusdam consilii iuridici*]: «*Joseph a pharaone* . . .»

P. 758: [Schema librorum bibliæ etc.]

Cf. Morel, Pertz, Archiv 8, 739.

---

199. (4. Num. 65.) **Canones conciliorum. Tractatus ascetici.**

S. VIII et IX. Membr. 211×130. 562 pp. (recte 530 quia 153 ter, 311, 312 bis numerantur.) Primum folium non numeratur. Inter 68 et 69 parvulum folium intromissum est. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—256. S. IX. *Concilia.* Signantur quaterniones I—XVI.

P. 1—15: *Synodus Carthaginensis* [I. anno 348].

Ed. Labbe 2, 713—718.

P. 15—45: *Synodus Carthaginensis III* [anno 397].

Ed. Labbe 2, 1167—1177. In codice desunt capp. 49 et 50.

P. 45—70: *Synodus Eliberritana* [anni 305].

Ed. Labbe 1, 969—979.

P. 70—80: «*Constitutio sinodi sancti habita in terreturio Arausico* . . .» [I. anno 441.]

Ed. Labbe 3, 1446—1452. — Numerus et ordo tum canonum tum patrum differt ab editione.

P. 80—85: «*Constitutio sinodi Vasinsis Decore consule.*» [anno 442.]

Desunt duo ultimi canones (9 et 10.) — Ed. Labbe 3, 1456—1457.

P. 85—93: «*Incipit concilium Thelense super tractatoriam S. Sirici episcopi pape urbis Rome per Africam.*» [Theleptense anno 418.]

Ed. Labbe 2, 1577—1578. Epist. Siricii (p. 87—95) ib. 1028—1030.

P. 93—99: «*Eusebii in Christi nomine incipit epis. in cano*» [ad Leonem papam. Ep. 97.]

Ed. Ballerini I, 1080. — Migne P. l. 54, 945—950.

P. 100—111: «*Incipiunt canones Epaunensis ecclesie*» [anno 517. Subscriptiones duæ tantum.]

Ed. Labbe 4, 1011—1014.

P. 111—117: «*Incipit sinodus habita in civitate Arelatensi* . . .» [II. anno 452.]

Desunt canones 16, 26—56. — Ed. Labbe 4, 1011—1014.

P. 117—124: «*Incipit sinodus Tarraconensis.*» [anno 516, cum unica subscriptione.]

Ed. Labbe 4, 1563—1566.

P. 124—128: «*Incipit sinodus Jerundensis* anno septimo Theoderici regis . . .» [Gerundensis anno 517; unica subscriptio.]

Ed. Labbe 4, 1567—1569.

P. 129—132: «*Incipit sinodus Cesaraugustana*» [I. anno 381, sine subscriptionibus.]

Ed. Labbe 2, 1009—1010.

P. 132—141: «*Incipit sinodus Hilerdensis XV. Theoderici* . . .» [anno 523. (546)]

Ed. Labbe 4, 1611—1614. Codex tamen non parum differt et unicam habet subscriptionem.

P. 141—153: «*Incipit sinodus Toletania prima* . . .» [anno 400.]

Ed. Labbe 2, 1223—1227.

P. 153b—153c: «*In Christi nomine incipiunt canones ecclesias. a sanctis patribus constitutas.* Sedis apostolice non . . . apofrica deputata.»

Ex præfatione collectionis Hispanæ. Cf. Migne P. l. 84, 91—92.

P. 153c—184: «*Incipit sinodus Effesana prima ducentorum episcoporum [h]abita aduersus Nestorium Constanopolitanum (!) episcopum.* Qui purum hominem ex . . . maneat sacerdotibus.»

Ed. Migne P. l. 84, 151—160.

P. 154—178 epistulæ *Cyrilli* ad Nestorium ed. Labbe 4, 412—418. Cf. ib. 396—409. P. 178—184 alia ad Nestorium decretalis epistula ed. inter Isidori opp. l. c.

P. 184—218: «*Incipit sinodus Calcidonensis* sexcentorum triginta episcoporum *abita contra* . . . uiris CC. consulibus.»

Ed. Labbe 4, 564, 568 . . . 885—888. — Partim Migne P. l. 84, 161 etc.

P. 218—223: «*Incipit regule fidei cathol.* Contra omnes hereses . . . anathema sit.»

Ed. Labbe 2, 1227—1228.

P. 224—233: «*Incipit sinodus Toletani* aput Montanum . . .» [Toletanum II anno 531.]

Ed. Labbe 4, 1734—1735. — Migne P. l. 84, 335—337.

P. 233—256: «*Incipit Sinodus Toletana tercius.* In nomine domini nri *Jesu Christi Regnante anno IIII* gloriosissimo . . . quam in ecclesia catho.» [anno 589.]

Abrumpit in subscriptionibus episcoporum. Ed. Labbe 5, 997—1008C. — Ed. Migne P. l. 84, 341—349C.

II. P. 257—430. S. IX. Quaterniones I—XI signantur.

P. 257 vacat. P. 258—273: «*Incipiunt ecclesiastice Regulæ sanctorum Apostolorum* prolatæ per Clementem ecclesiæ Romane pontificem.

Quæ ex grecis exemplaribus in ordine primo ponuntur. Quibus quam plurimi quidem consensum non præbuere facile et tamen postea quædam constituta pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse videntur. *Incipiunt canones* apostolorum . . . spiritus sancti. *Expliciunt* canones apostolorum.»

Ed. Labbe 1, 45.

P. 274—303: «*Incipiunt constitutio* et fides Nicæni concilii. Facta est . . . Gamdos bosforon.»

Ed. Labbe 2, 39—54. — Migne P. l. 56, 759—773. Cf. ib. 84, 93—103.

P. 275—276: «*Incipit præfatio SS. Concilii.* Concilium sacrum . . . mella fluit.»

Ut **197,** I.

P. 303—318: «*Incipiunt regulæ Ancyrani concilii.* Iste regulæ priores . . .»

Ed. Labbe 1, 1463—1469. — Migne P, l. 56, 749—755. Satis differt. — Ib. 84, 103—108 alia translatio. — Codex addit subscriptiones.

P. 318—324: «*Incipiunt canones Concilii Neocesariensis.*» [anni 314.]

Ed. Labbe 1, 1483—1488. — Migne P. l. 56, 755—757 sed multum discrepat. -- Alia versio ib. 84, 109—112. Codex habet insuper subscriptiones.

P. 325—336: «*Incipit synodi SS. Gangrensis præfatio.* Dominis honorabilibus . . .»

Ed. Labbe 2, 414—415; 421—423. — Migne P. l. 56, 786—790. Non bene congruit cum editione. Cf. ib. 447—452 et P. l. 84, 111—114 ubi altera versio. In codice deest finis, (edit. col. 115) non vero subscriptiones.

P. 336: «*Antioceni concilii cap. VII . . . eiusdem cap. VIII.*»

Ed. Labbe 2, 576. — Migne P. l. 84, 124C.

P. 337—355: «*Incipit textus canonum concilii Laudocensis* . . .» [anno 320.]

Ed. Labbe 1, 1507—1515. — Migne P. l. 84, 129—135. In codice deest enumeratio ll. Bibliæ.

P. 356—362: «*Incipiunt regulæ Constantinopolitani.* Sub Thedosio (!) . . .» [I anno 381. In fine subscriptiones.]

Ed. Labbe 2, 953—957. — Migne P. l. 84, 135—138.

P. 362—382: «*Incip. Regulæ ecclesiasticæ promulgatæ a Calcedonensis (!) s. concilio.*»

Ed. Labbe 4, 771—778. — Migne P. l. 84, 166—172 sed alia interpretatio.

P. 383—418: «*Incip. epistvlæ PP. Gelasio. Papæ Gelasi generale decretum* . . . Necessaria rerum dispositione . . .»

Ed. Migne P. l. 84, 797—806.

P. 419—430: «*Epistola papæ Anastasii* urbis Romæ *ad imperatorem* Anastasium pro pace ecclesiarum. Gloriosissimo . . . Exordium pontificatus mei . . . beneficia per indignum.»

Abrumpitur in cap. 7. Ed. Migne P. l. 84, 807—810B. — Cf. Archiv f. ält. d. Gesch. 7, 180.

III. P. 431—526. S. VIII—IX. *Ascetica.* Quaterniones signantur X—XV ex quo patet hanc partem esse continuationem codicis **281,** qui continet quaterniones I—IX. — Initiales varii coloris. — Maniculi H. de Ligertia.

P. 431—440: «*Incipiunt questiones.* In primis dicit apostolus: Nolite facire peccatum . . . te iudicabo in secula seculorum.»

P. 440—444: «*De futuro iuditio et de qualitatem gehennæ.* Age iam cum ad illud . . . donauerit disputemus. Explicit.»

P. 444—452: «*Item alia de conpunctione.* Queso uos dilectissimi fratres . . . cum Christo regnare.»

P. 452—459: «Satis nos oportit timere tres causas . . . omnibus sanctis in secula . . .»

Ab initio usque ad p. 457 fere convenit cum S. Augustini sermone 68 ad fratres in Eremo ed. Migne VI, 1354—1355. Sed inde pergit codex: „Sicut beatus Augustinus dixit Dominica die resurrectionis mane qua hora dns . . ."

P. 452 manus s. XII lineis 13 versionem interlinearem adiecit idiomate mihi prorsus ignoto, hispanico forsitan affine: «A funda nos des time tres causas care frares per aquilla tutilo seulo perdudo . . .»

P. 459: «*Incipit oratio S. Augustini.* Domine deus omnipotens qui in . . . patre et spiritu.»

P. 460—461: «*Oratio post Conpleturium.* In pace Christi . . . in gaudio. *Oratio iteneris.* [pro itinerantibus.] Anbulemus in uirtute . . . in gaudium.»

P. 461—510: «*Incipit dicta abbates Priminii de singulis libris cannonnicis scarapsus.* Fratres karissimi spiritus sanctus . . . deus per omnia secula seculorum amen.»

Scarapsus S. *Pirminii* quem ed. ex hoc codice Mabillon, Vetera Analecta Tom. IV. (Paris 1685) App. p. 569 seqq. — Nova ed. (Paris 1723) 65—73. — Gallandi Bibl. Patr. 13, 277. — Migne P. l. 89, 1029—1050. — Denuo codice diligenter collato ed. C. P. Caspari in Kirchenhistorische Anecdota I (Christiania 1883) 149—193. — Teutonice vertit Ph. Heber, Die vorkarolingischen Glaubenshelden (Frankf. a. M. 1858) 238—248. — Excerpta germanice ed. P. G. Morel in Pilger I. (Eins. 1842) 131—133. 416—417. 428—429. — Gatrio, d. Abtei Murbach I (1895) 27—38. — Cf. P. Justus Landolt, Christianisirung 61. — Acta SS. Boll. 3 Nov. II. 22—23. — Caspari l. c. VIII—XI. — Hauck, Kirchengesch. Deutschl. 1, 319—324.

P. 510—515: «*Incipiunt monita* S. Porcarii abbatis. In mente habe quia hospis . . . mereberis obtinere. Amen.»

Ed. Magna Bibl. Vet. Patr. 15. (Colon. 1614) 832—833. — Bibl. max. PP. 27, 483—484. Deest in ed. Migne. — Cf. Fabritius, Bibl. lat. 3, 313. — Chevalier, Repert. 1864. — Alter codex prostat in biblioth. Paris. teste Montfaucon, Bibl. MSS. II. p. 1038. nr. 112.

P. 515—521: «*Incipit sermo S. Agustini ad ex[h]ortandam plebem.* Gaudemus fratres karissimi . . . liberare dignetur qui cum patre . . .»

Ed. Migne sermo 266. V. append. 2240—2242.

P. 521—526: [*Exempla de vitis Patrum.*] «Frater quidam interrogabat abbatem Ammonem . . . manifestauit quæ acta sunt.»

De vitis Patrum Lib. V. libellus III. 2. 3. 166. Ed. Migne P. l. 73, 860—861; 794—795. Cf. Morel, Pertz, Archiv 8, 739. — Idem, E. Handschr. d. l. KV. 244, 246, 250—252, 257—260. — Codicem describit Fr. Maassen, Bibl. lat. jur. can. MSS. I. VI. (1867) 201—205.

---

200. Processus iuris.

S. XV. Charta. 4°. 73 folia. Restat præterea antiqua paginatio 168—309 ex quo patet codicem mediam partem esse alterius cuius prima pars codex **201**, et ultima codex **198**. Partes separavit et ligaturam modernam addidit P. Gallus Morel.

F. 1—71: *Processus juris.* «In nomine domini. Amen. Rex pacificus cunctorum causa effectiva . . . ut est moris et sic totum finit etc.»

Idem opus extat in codice **627**.

F. 71: Varia, e. gr. versus „Felix ille locus ubi vitis habundat amena . . ."

F. 71'. Itidem *versus varii* etc. F. 72—72' Gradus affinitatis.

---

201. (4. Nr. 71.) **Ars notariatus.**

S. XV. (circa 1460.) Charta. 215×160. 168 pp. — Quaterniones non signati. — Ligatura s. XIX.

Quondam codici **198** coniunctus

P. 1—104: [*Tractatus de arte notariæ.*] «Tractaturi de arte notarie sive notariatus primo videndum . . . rogatus pariter et requisitus.»

Constat tribus partibus principalibus, quarum prima habet præfationem et 8 capitula, 2a 9, tertia 4 capitula. P. 89 et 92 exempla afferuntur de anno 1458, quo anno liber scriptus esse videtur.

P. 104—125: [*Varia exempla instrumentorum notarii*] substitutionis vel constitutionis procuratoris, resignationis, intimationis, acceptionis, inductionis, compromissionis, apellationis, emancipationis, testamenti etc. Nominantur canonici Bambergens. Spirens. Herbipolens. Erfurdens.

P. 126—130: *Una introductio procurationis.*

P. 131—147: *Pro incipientibus in iure.* «Quia præposterus est ordo presens humana petere . . . habent pleros rarissimos.» Varia de corpore iuris tum civilis tum canonici.

P. 147—153: *Alphabetum iuris* «in quo communiores saltem abbreviature textuum et glosarum iuris continebuntur.»

P. 153—162: *Transsumptum de libertate ecclesiarum et personarum.* «Anthonius de Rotenhan, decanus ecclesiæ Bambergensis . . . dominis sanctæ Marie et sancti Severi Erfordens. et s. Petri Iecheburgens. ac s. Martini Helgenstadens. nec non SS. Petri et Pauli Dorlanens. Mogunt. diœces. [etc.] Inest p. 154—160 Bulla Papæ Martini V: «Ad compescendos conatus nefarios . . . dat. Florent. VIII Kalend. Septembr. pontif. anno 2°.» [1419.]

Transsumptum est (161:) de anno 1421 indict. 4ª die Mercurii, 28 Maii pontificatus Martini a. IV°.

Sequitur p. 121—162 aliud instrumentum Joh. Kircham (?) decani ecclesiæ S. Petri Frideslariens. de anno 1457.

P. 163—168: *Confirmatio Nicolai.* «Hermannus Greffe, cantor ecclesiæ S. Severi Erford . . . . [vidit] litteras Petri episcopi Augustens. Card. S. Vitalis . . . datum Auguste 1460 (?) indict. 14. pontific. V°, die Martis, 13 April.»

Vidimus de littera apostolica *Nicolai V.* «Enormitas nephandi sceleris quod per nonnullos . . . dat. Romæ aput S. Petrum anno 1455, idus Febr. pontif. 1°.»

P. 62, 91, 100, 153, 168 versus latini varii argumenti.

Cf. Archiv f. ält. d. Gesch. 8, 739.

---

202. (4. Nr. 11.) **Raymundi Summa.**

S. XIV. Membr. 193×138. 436 folia (recte 438 quia 109 et 177 bis numerantur.) pp. 90', 404, 404' vacant. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et insignia abbatis Augustini Hofmann (1601) præ se ferentes.

FF. 1, 91, 166, 333, 333' litteræ initiales elegantissime depictæ et deauratæ.

F. 1—396': [*S. Raymundi de Pennaforti Summa de pœnitentia et matrimonio.*] «*Incipit summa Reimundi cum* apparatu. Quoniam ut ait Jeronimus De penit. D. I. C. II. secunda post . . . ego Reimundus frater ordinis predicatorum minimus . . . sancto. Amen. Explicit summa matrimonii.»

F. 397—403': *Pretitulationes prime partis summe Remundi.*

F. 405—436' [binæ columnæ: *Index alphabeticus.*] Abbas — Uxor.

De auctore et editionibus cf. Fabritius, Bibl. lat. 3, 213—214. — Hain, Repert. 12711.

---

203. (8. Nr. 12.) **Constitutiones O. S. Francisci.**

S. XIV init. Membr. 153×114. 216 pp. Quaterniones non signati. Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—24. *Declaratio regulæ Domini Clementis Pape.* «Clemens . . . Exivi de paradiso . . . predicto anno Dni MCCCXII.»

Ed. in corp. iur. Clementin. L. V. Tit. 11. cap. — Wadding, Annales O. Min. 6, 202—211. — Cf. Rainaldi, Annales eccles. 1312. T. 23. p. 562. — Hefele, Concil. Gesch. (1 ed.) 6, 483.

P. 21—22, 24 vacant. P. 23: alia manu [*De visitatione monasteriorum monialium.*] «In Christo sibi carissimo fratri Heinrico, magistro Alamannie superioris, frater *Gunsalvus*, Ord. Fr. Min. Generalis magister et servus. Salutem in domino sempiternam. Quia interdum oportet et expedit fratres mitti ad monasteria que non sunt ordinis S. Clare, habita super hoc speciali commissione a Summo Pontifice Domino Benedicto papa XI° . . . anno Dni 1304.»

II. P. 25—102: [*Duodecum tituli vel Statuta edita anno 1316.*] «Quoniam ut ait sapiens, ubi non est sepes . . . in quolibet capitulo generali.» Ad marginem variæ notæ adiiciuntur. P. 104 Obitus reginæ Johannæ Franciæ pridie Non. April. et C. Tullensis episcopi.

P. 104—109: [*Epistola frat. Henrici provincialis Alemaniæ superioris ad fr. Rudolfum custodem* data Argentinæ VI Non. Dec. continens epist. fr. Michaëlis generalis ministri datam Avinione IIII Kal. Novembr. a. 1316. quæ incipit: «Gravi qua premor sarcina mei officii . . .»]

P. 109—110: [*De usu calceamentorum.*]

P. 111, 113—116 vacant. P. 112: *Littera Generalis* [*fratris Michaëlis*] «Cum almus Christi confessor Franciscus in regula suadeat ut fratres omnes . . . dnus Johannes XXII^as in declaratione nuper edita . . . usque ad terciam uel.»

Desinit abrupte. — Cf. Waddingi Annales O. M. 6, 274.

III. P. 117—140: [*Constitutiones provinciales et Ordinationes visitatorum.*] «Iste sunt constitutiones provinciales facte in Capitulo Columbariam.» [Colmar.]

P. 128 additur in cedula addiditia: *Constitutio edita in capitulo Herbipolensi.*

P. 130: De Anniversario dni Tullens. et Zamerine [Alia manu in margine *De capit. Ezzelingensi.*] edit. Mone, Q. Sammlg. I, 221.

P. 131—139. *Ordinationes visitatorum a. 1309 facte in provinciali capitulo in Sarburg celebrato.*

IV. P. 141—172. [*Varia statuta.*]

P. 141 vacat. P. 142—143: *Memorialia capituli Argentinensis.*

P. 144—164: [*Decem tituli capituli Argentinensis a. dni. 1341.*] «Fr. Joh. de Ravenspurg . . . et anno supradictis.»

P. 164—167: [*De electione abbatissæ.*]

P. 168—172 vacat.

V. P. 173—185: *Epla Johannis Portuensis et Ruffine epi.* data Pictavis Kal. Octobr. 1307 ad fratres O. Min: «Liceret (?) ex iniuncto nobis . . .»

P. 185—186: *item alia* data Avinione 21 April. 1309.

VI. P. 187—198: [*Frater H(enricus) minister Alemannie superioris sororibus ordinis S. Clare varia inculcat.* Datum Basileæ 1303.]

P. 187 vacat. P. 198 (alia manu:) Fr. Joh. Portuens. et S. Rufine epus abbatisse et conventui S. Clare de Friburgo. Avinione 5 Jan. 1313.

VII. P. 199—216: [Variæ ordinationes variis manibus.]

P. 199—203: *De conversis* [in monasteriis monialium.] «Iste sunt admonitiones facte fratribus conversis. Fratres recordentur quod . . . sine licentia abbatisse.» P. 204 Decreta capituli generalis Neapoli celebr. an. 1316.

P. 207. Constitutiones generales Venetiis edite a. 1346. P. 216 vacat.

Waddingus 7, 330: „Huius Capituli non meminit Rodulphus, neque ulla eius acta ab alio quopiam referuntur."

De codice mentionem facit N. Archiv f. ält. d. Gesch. 8, 740.

---

204. (Fol. Nr. 93.) **Schwabenspiegel.**

S. XIV exeunt. Membr. 272×205. VIII et 93 folia ab antiqua manu signata (sed erronee nam 19 et 62 bis numerantur.) Fol. 1—93 binæ columnæ. — Quinternionum et duorum ultimorum quaternionum signa (I—VIIII additis litteris a, b, c, d) plerumque abscisa. — Ligatura pergamena, fragmentum antiphonarii sæc. XV cum notis musicis.

F. I et VIII vacant. F. II—VII: [*Index capitum minio scriptus.*] «Hie hebt sich an das lantrecht puech. Das erst Capitel . . . Daz ist von des pueches sloz XLV.»

F. VII' [manu s. XV.] „Peter von Rammingen Prothonotarius Ludowici Comitis Würtenbergensis."

F. 1—93: «Hie hebet sich an das lantrecht Puech. Das erst Capitel. Herre got himelischer Vater . . . Vnd der heilig gaist. Amen.»

Contulerunt Friedr. v. *Lassberg*, cuius epistula anni 1834 libro apposita est; W. *Wackernagel* pro edit. Zürich 1840. Cf. præfat. p. VII. et *Rockinger*. Cf. eiusd. Berichte über d. Handschr. d. sogen. Schwabenspiegels. Wien Sitzgs. Berichte 107 p. 25; ib. 118. X. p. 7. not. p. 40. ib. 119. VIII. p. 21. — *Haiser* K. Zur Genealogie d. Schwabenspiegelhandschriften. II. Weimar 1877. p. 6. — *Homeyer*, Verzeichn. d. deutschen rechtsbücher des mittelalters u. ihrer handschriften. Berlin 1856. p. 178. — Pertz, Archiv 8, 746.

---

205. (Fol. Nr. 205.) **Canones.**

S. IX. Membr. 280×164. 230 pp. manu s. XVII signatæ. — Quaterniones signati a—m. Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—38: [*Acta Concilii Nicæni.*] P. 1—5: [*Epistula Constantini et Licinii ad Silvestrum.*] «Beatissimo Siluestro in urbe Roma . . . se protestatur acturum.»

P. 5—7: «*Incipit tituli canonum ecclesiasticorum sive statutorum sinodi Nicenæ.* I—XLVI.»

P. 8 altera manu s. X [*Hymnus de adventu Dni cum neumis:*] «Sol astra terra hec hora . . . sempiterna secula. Amen.»

Cf. Chevalier 19079.

P. 8. [altera manu s. X:] «Gloria in excelsis deo . . . est dei patris. Amen.»

Cum neumis valde antiquis.

P. 10—30: [*Canones concilii Nicæni præmisso simbolo.*] «*Item incipit expositio fidei Nicene uel synodicæ discipuli.* Credimus in unum deum . . . ei est exhibenda. Canones siue decreta concilii Niceni expliciunt. Suscripserunt autem omnes episcopi sic ego ille episcopis (!) illius civitatis . . . explicit.»

Ed. P. Quesnelli ad S. Leonis M. Opp. II. Append. Paris 1675. — Glossas theotiscas ed. Steinmeyer AHDGl. 2, 151.

P. 38—39: «Incipit canon sancti Siluestri papæ urbis Rome et CCLXXXIIII episcop. Fecit hos gradus . . . datur mistica veritas.»

P. 39—41: [*Varii Canones Nic. August. Gelas. Laod. Agat. Calced. Arelat.*] «*De eo quod nullus debet iudicare episcopum.* In historia ecclesiastica Constantinus rex ad . . . sui auctoritate reuocetur.»

P. 41—44: «*Incipiunt capitula exc[a]rpsum de libro canonum.* I. Ut præter scripturas canonicas nihil . . . LXIIII De lapsis et penitentibus.»

„Dasselbe Rubrikenverzeichniss, welches Aug. Theiner Über Ivo's vermeintliches Decret S. 4. aus der Wiener lat. Handschrift 2171 mitgetheilt hat. S. Codd. lat. Paris 1603, Burgund N. 10127 seq., Sangall. 675. Darmst. 2179." Maassen, Bibl. iuris can. I. Wien. Sitzgsber. 56, 207.

P. 44—177: [*Collectio canonum valde similis Hervallianæ.*] «In dei nomen incipiunt breviarium collectum de canonis. Ut præter scripturas . . . nisi per pænitentiam publicam non oportit admitti.»

De hac collectione conf. *Ballerini,* De antiquis collectionibus canonum p. 275—278. P. IV. c. VIII. §. 2. — *Rose,* Verz. d. lat. Handschr. d. Bibl. z. Berlin. I. Nr. 87, p. 182—183 qui etiam Her explicat per „*numerum*".

E singulis excerptis hæc speciatim notanda videntur:

P. 50—61: *Epistula S. Gregorii papæ urbis Romæ ad Aetherium episcopum Lugdunensem.*

Lib. 9 ep. 106. ed. Migne 77, 1028—1033.

P. 61—64: *Item epistula S. Gregorii papæ urbis Romæ ad Brunihildem reginam:* «Domine gloriosissime atque . . . Postquam . . . deuotione sollicita» . . . mutila desinit.]

Lib. 9 ep. 109. ed. Migne 77, 1037—1038. B.

P. 64—66: «*Incipiunt sententiæ de expositione Isidori super Levitico de sacerdote magno et cultu eius. Her. XIII.* Dicit enim de eo: capud inquid suum . . . contemnere gulam.»

Isidori quæst. in vet. testam. Levit. 12, 11—14. Ed. Migne P. l. 83, 331—332.

P. 66—67: «*Item sententia Isidoris super Levit. Her. XIIII.* Inter hæc etiam iubetur . . . scientia ueritatis.»

Ed. ib. cap. 13, 332—333.

P. 88—94: [*Epistula* (spuria) *Hormisdæ.*] «Incipit epistula Ormisdi papæ per uniuersis prouintiis. Ecce manifestissime constat . . . canones continere uidentur.»

Ed. Migne P. l. 63, 527—529. — Cf. Jaffé, Reg. † 868.

P. 97—100: «*Epistola Innocentii papæ.* «Si instituta ecclesiastica . . . ad consolationem respondere.»

Fragmentum ed. Migne 20, 551—555A et 56, 513—515. — Cf. Jaffé 311.

P. 150—155: «*Sententia S. Johannis de libro I, super Miserere mei Deus de coniugatis.* Volo ergo ostendere . . . in futuro mereamur. Per Chr.»

P. 172—173: «Incipit epistola *S. Sirici* ad Hegerium episc. Tarriconensem. Hera XI. De laicis pœnitentibus nullum . . . episcopis convenit iudicare.»

Fragmentum epistolæ I ad Himerium episcopum nr. 18—19. ed. Migne P. l. 13, 1145—1146.

P. 177—196: «*Incipiunt capitula de expositione diversarum rerum beati Gregorii papæ urbis Romæ qua*[*e*] *transmisit in Saxonia*[*m*] *ad*

Augustinum episcopum, quæ ipse pro se ad prædicandum misit. I. Interrogatio. De episcopis qualiter . . . quam portat invitus.»

Lib. 11 ep. 64. Ed. Migne P. l. 77, 1183—1200.

P. 196—198: [*Decretum Synodi Romæ habitæ sub Gregorio II. die 5. April 721. de coniugio.*] «*Gregorius sanctissimus ac beatissimus apostolicus papa ante corbus beatissimi Petri in sinodo resedens dixit*: Hinc maxime . . . bene valete.»

Cf. Mansi, Conc. XII, 261. — Labbe 6, 1456—1457.

P. 198—202: «*In nomine domini incipiunt capitularea Gregori sancte papa[e] urbis Romæ datum reverentissimo fratri nostro Martianiano episcopo seu Gregorus prebitero sanctæ sedis apostolicæ atque Dorothio subdiacono predictæ sedis euntibus cum domini auxilio in Baiara id est. I. Caput.* Ut datis nostris scriptis . . . angelis eius. *Bene valete.* Data iussione id est Maias . . . anno tertio pontificatus eius.»

Epistola Gregorii II. ed. Mon. Germ. Ll. III, 451—454 hoc codice non consulto. — Item Migne P. l. 89, 531—534.

P. 202—210: *Epistola S. Hieronimi qualiter clerici vivere debeant in hoc mundo.* «Eusepius Hieronimus Ocheano suo salutem. Deprecatus es . . . casto confirmetur affectu.»

Spuria. Ed. Migne P. l. 30, 288—292.

P. 210—219: *Item epistola s. Hieronimi ad Amandum presbiterum.* «Brevis epistola non valet . . . totus in cunctis.»

Ep. 55. Ed. Migne P. l. 22, 560—565.

P. 219—222: *Item sententia s. Hieronimi in commentario super Mattheum Liber III.* «Et accesserunt ad Jesum . . . nos subicimus servituti.»

Exceptum ex Lib. III in cap. XIX v. 1—10. Ed. Migne P. l. 26, 134—135.

P. 222—224: *Item sententia s. Hieronimi ad Pammachium.* «Curramus ad reliqua . . . lance pensandum est.»

Varia excerpta ex epist. 48 ad Pammachium Nr. 4—9. Ed. Migne 22, 495—499.

P. 224—230: «*Sententia de libro s. Augustini episcopi.* Profecto mulier alligata est . . . non me contineri, ne fornicarer nupsi.» Abrumpitur.

Excerpta ex S. Augustin. lib. II. De coniugiis adulterinis. cap. V—X. Ed. Migne VI, 473—478.

Cf. Pertz, Archiv 8, 740. — Fusius hunc codicem descripsit Dr. F. Maassen, Bibl. lat. iur. can manuscr. Pars I. VI. Wien. Sitzgsber. 56 (1867) p. 205—208. Idem ait hunc codicem cum Vindobonensi lat. 2171 concordare ut et cum Sangallensi 675 quem describit ibid. p. 211. Sed et codex Sangallensis 682 s. IX multa eiusdem argumenti continet. Cf. ibid. 212. Glossæ germanicæ paucæ pp. 10, 15, 17, 18.

P. 15 partim abrasa et denuo scripta est. In operculo anteriore „Exlibris“ ligno expressum: Signum Phœnicis. — Cf. Morel, Lat. K. V. 246. 251—256. 259.

VII. THEOLOGIA.

206. (Speculum humanæ salvationis.)

S. XV. Membr. 368×271. 92 pp. Binæ columnæ. Multa folia excisa. Quaterniones non signati. — Ligatura papyracea s. XIX.

A pag. 4—91 singulæ paginæ exhibent duas imagines atramento delineatas (grisaille) et partim coloribus ornatas. Margines passim artificiosissime floribus et auro ornati.

[Textus initium deest.] P. 1. [*Index capitum* 34 (p. 66) — 45.] «linguarum scientie collisione. Istud figuratum . . . gaudiis gloriose virginis et terminantur capitula huius libelli et uoluminis. Predictum prohemium de contentis huius libri compilavi et propter pauperes predicatores apponere curavi quod si forte nequiverint totum librum comparare, si sciunt historias possunt ex ipso prohemio predicare.»

P. 1—2: [*Præfatio.*] «Qui ad iustitiam erudiunt multos . . . me gratum tibi fieri.»

P. 3 vacat. P. 4—91: [*Textus speculi humanæ salvationis metrice.*]
«Incipit speculum humane salvationis
In quo patet casus hominis et modus reparationis . . .
Ubi sine fine merear gaudio sempiterno perfrui.
Quod nobis omnibus parare dignetur dominus Jesus Christus
Qui cum patre et spiritu sancto est in eternum benedictus. Amen.»

P. 92 vacat. Folio ultimo P. G. Morel Indicem figurarum et capitum adiecit. — Singula folia excisa sunt post pp. 58, 86 et 90 ita ut loco 192 imaginum tantum 176 adsint.

Huius operis plures supersunt codices; valde similis textus sine picturis tamen habetur in codice Engelbergensi 328. Item in codice Sangallensi 918 p. 598—718. Cf. Scherrer l. c. p. 345 et Nr. 972 b. ib. p. 366. — Gothanus A 777. Jacobs & Ukert Beitr. 1, 159—160. — Cf. Ehrle, Hist. bibl. summor. pontif. 1, 216 Nr. 68; 431 Nr. 2035; 504 Nr. 754.

De libro et eius editionibus tractant J. M. Guichard. Notice sur le speculum humanæ salvationis. Paris 1840. — Falkenstein, Gesch. d. Buchdruckerkunst p. 29—30. — Hain, Repertorium 14929. — Jacobs, l. c. 152—159. 459.

De codice nostro egerunt *Calmet,* Iter helveticum 51—52 qui meminit cuiusdam picturæ in qua „homines prorsus nudi dormiunt“ Hæc iam deest. — *Lütolf,* Geschfr. 22, 96· nota 4. — Hist. polit. Blätter 67, 359. — Kuhn, Stiftsbau 197.

---

207. (Fol. Nr. 131.) **(Johannis de Friburgo) Summa confessorum.**

S. XIV. Membr. 350×245. 390 folia; binæ columnæ. F. 328′—331 tres columnæ. — Sexternorum tantum I^us et II^us signantur. — Duæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et clausura firmatæ.

Elegantissimæ litteræ initiales rubro cœruleoque colore pictæ et artificiose delineatæ.

P. 1—1': «Nota quod lector iste Johannes ante conpilationem huius summe confessorum fecerat tabulam super summam Raymundi et apparatum eius, verificationem quoque seu declarationem plurium que in ipsa summa et glossa ipsius habentur, nec non et quendam libellum spiritualem de questionibus causalibus cui libello hunc prologum preposuit. Et quia de prioribus hiis opusculis mentio fit in sequenti prologo, ideo ad intellectum illius hunc illi iudicavit preponendum. *Prologus fratris Johannis lectoris in priorem libellum questionum casualium.* Quoniam dubiorum nova . . . lector poterit informari. *Explicit. Incipit prologus eiusdem fratris Johannis lectoris in summam confessorum.* Saluti animarum . . . principalibus titulis supponendo.»

F. 1'—2' [*Tituli librorum.*]

F. 3—328: «*Incipit summa confessorum compilata a fratre Johanne lectore ordinis* fratrum Predicatorum. *De Symonia. Titulus primus.* Quoniam inter ecclesiastica . . . hic conclusit. Cui est honor in secula seculorum. Amen. *Explicit tractatus de matrimonio et finitur per consequens quasi in quatuor libros distincta tota Summa confessorum.*»

F. 328'—331: «*Isti sunt parografi (!) summe fratris Raymundi . . .*»

F. 331'—343: «*Incipiunt statuta summe confessorum ex sexto decretalium addita . . . Explicit conpendiosa collectio quorundam statutorum ex sexto decretalium addita ad summam confessorum.*»

F. 343: «*Prologus tabule.* In hac tabula ubicumque fit . . . dictionis materia perlegatur.»

F. 343—390: «*Incipit tabula super summam confessorum.* Abbas. Utrum unus abbas . . . multis aliis locis. *Explicit tabula super Summam confessorum.*»

F. 251 et ultima pagina vacant.

De auctore († 1314), qui etiam vocatur Rumsick cf. Schulte, Allgem. d. Biogr. 14, 455. — Kaulen, K. Lex. 16, 1675. — Fabritius, Bibliotheca lat. 1, 608; 2, 363. — Geffken, Bilderkatechism. d. 15. Jahrh. p. 25. — Eius operis multi supersunt codices. — De editionibus cf. Hain 7367—7378. — Weidmann, Gesch. d. Biblioth. S.Gall. 199. — Inter incunabula Einsidlensia Nr. 233, 250, 251.

---

208. (Fol. Nr. 111.) **Summa confessorum (Johannis de Friburgo.)**

S. XV. Membr. 365×247. 293 folia (recte 295 quia primum non numeratur, 179 vero bis.) Primum et ultimum folium scriptura vacant. XXV sexterniones, excepto XX qui est quinternio. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ cum umbonibus ex orichalco.

Litteræ initiales rubro cœruleoque colore uitidissime ornatæ.

F. 3 elegantissime delineantur figura venatoris cum cornu et variis animalibus; variæ animalium figuræ item ff. 53', 106 etc.

Quoad cætera, cf. codicem præcedentem cum quo iste ita exacte concordat ut sine dubio pro eiusdem apographo haberi possit. Paulo recentior ex eo esse videtur, quia signa sexternionum non in fine sed antrorsum a principio apponuntur.

---

209. (Fol. Nr. 110.) **Textus sententiarum.**

S. XV. (1461) Charta. 357×209. 12 folia vacua et 594 paginæ (recte 592 quia 366 et 404 omittitur.) P. 151—152 et 573—594 vacant. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ et umbilicis ornatæ.

P. 1—4: [*Index capitum libri primi.*]

P. 5—572: [*Libri IV sententiarum Petri Lombardi.*] «Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate . . . via duce pervenit.

Finitus est iste textus anno 61, 2ª feria post reminiscerə.»

Congruit cum edd. v. g. inter Incunabula nostra Nr. 229. 230. 586. 587. — Ed. Migne [P. l. 192] col. 11—452.

---

210. (Fol. Nr. 156.) **Super IV^to^ Sententiarum.**

S. XV. Charta. 322×219. 715 pp. (recte 720 quia 130, 424, 442, 654, 673, 708 bis numerantur, 319 omittitur.) Inter pp. 227—228 folium excisum sine lacuna. — Binæ columnæ. — Variæ manus. — Duoderniones non signantur, interdum vero priora folia duodernionis 1, 2, 3, 4. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—714: «Sacramenta sunt signa effectiva gratie, instituta propter hominem . . . crucifixus pro nobis Christus cum patre et spiritu sancto eternaliter benedictus. Amen. Johannes Meysterlin de Halle stud. erff.»

Auctor huius commentarii de Sacramentis ignoratur. Auctores allegantur S. Thomas, Bonaventura, Albertus, Scotus, Durandus, Joh. Andree, Richardus de media villa, Lira, Hugo de novo castro, Wilhelmus Parisiensis in libro universi (p. 613), rabi Moyses, rabi Salomon, Johannes Garson in tractatu de sollicitatione (638) etc.

P. 715. [*Initium tantum indicis certarum vocum.*]

---

211. (Fol. Nr. 92.) **Summa Astensis.** [**Pars. I.**]

S. XV. Charta. 320×215. 912 pp. (recte 812 quia 121—220 omittuntur.) — Binæ columnæ. — Duoderniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et seris clausæ. Aliquot folia humiditate squalent. — Præcedunt 10 folia vacua.

P. 1—910: [*Johannis Astexani*] «*Incipit Summa* Astensis. Ad superbenedicte trinitatis patris et filii . . . in penitendo et confitendo est magna pena et huius 2^e^ opinionis est Rich. et Pe.» [Hic abrumpitur.]

P. 911: «Sequitur in alio volumine. Septimo confessio debet esse nuda.» [Cetera vacant.]

Opus integrum 8 libris constat e quibus præsens volumen tantum Libros 1—V, Tituli 1—18 habentur. Desunt ergo Libri V tituli 18—41 et ll. VI—VIII.

Liber sæpe editus est sæc. XV. Cf. Hain Repert. 1888—1897 et Incunabula nostra Nr. 186 et 436.

De auctore cf. Fabricius, Bibl. lat. 1, 136. — K. Lex. 1, 1523.

[In operculo anteriore manu s. XV.:] „Meister Heinrici Ibergers."

---

212. (Fol. 175.) **Gregorii Vogt, alias Hegemonii dicti, responsio refutationis contra Rudolphum Gualterum Turiganum.**

S. XV. (1565) Charta. 330×220. 197 folia, additis pluribus aliis foliis minoris formæ, quæ hinc inde adduntur. — Variant manus, videtur tamen esse autographum. — Ligatura chartacea antiqua.

F. 1: «Der Endt Christ. Clare vnd Ainfaltige Antwurt, wider die fünf Predigen dess Rudolffen Gwaltherrn, Predicant zu Zürich: Nemlich, das der Papst zu Rhom, nit syge der rächt, war gross, vnd eigentlich End Christ, von welchem die Heiligen Propheten vnd Apostel gewyssaget vnd uns gewarnet habend: in zway büecher, von welcher inhalt, am nächsten blatt. Eerst yetzund Geantwurtet durch Gregorium Vogtt, susst Gregorium Hegemonium, Pedionæum, Rhetum, Priester, dozmal verseher der Pfarr Zug, alls im erst kurzlich sölliche fünff Predigen angezeigt vnd zu lesen geben sind. Anno Domini 1565 den 20 Tag Novembris.»

P. 194': Ecclesia catholica cum fructibus evangelii satis rude delineata.

Cf. codicem Nr. **231.**

De auctore cuius nomen etiam in Incunab. 36, 164, 244, 854, cf. *Keiser*, Die Zuger Schriftsteller (Zug 1875. Progr.) p. 63. — Geschichtsfr. 24 (1869) 123, 134, 136. — Leu, Lexicon 18, 679. Fuit parochus Tugii 1562—1572. De Rud. Gwalther, cf. G. v. Wyss, Allgem. d. Biogr. 10, 239—240.

---

213. (Fol. Nr. 102.) **Dinkelspuel et aliorum Sermones.**

S. XV. (1456) Charta. 315×230. 284 folia, ab antiqua manu s. XV signata (recte 285 quia 121 bis numeratur.) — Binæ columnæ, excepto fol. 167'. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et seris munitæ.

I. F. 1—83'. *Sermones Nic. de Dinkelspuel.* Sexterniones non signantur, interdum vero folia sexternionum 1, 2 . . . 6. Folium primum non numeratur: «Nota hic materiam contentam et conprehensum in hoc libro etc. Item tractatus M. Ny. Digelspuel de 7 viciis . . . 243.»

F. 1—60: [*Sermones N. de Dinkelspuel de vitiis et virtutibus.*] «Luc. 14, 15. Homo quidam fecit cenam . . . qui talia ignorant.»

Idem in codice **217.**

F. 61—84: [*Tractatus eiusdem doctoris de sacramento corporis Christi.*] «Jo. 6. Caro mea vere cibus . . . unus deus in secula benedictus. Amen. Deo gratias.»

F. 84' vacat.

II. F. 85—215': *Varii sermones.* Variæ manus. Novem sexterni numerantur.

F. 85—162': [*Fratris Bartholomei Herilacensis sermones boni et laudabiles super dominica oratione Pater noster. Præcedit Epistola ad episcopum Lausanensem*]: «Reverendo in Christo patri ac domino N.

Lausanensi episcopo frater Bartholomeus humilis monachus Herilacensis obedientiam tam debitam quam devotam. Reverende pater. Cum ad preces et reverentiam vestram provincialis fratrum minorum in Burgundia post translationem meam factam de ordine beati Francisci ad ordinem beati Benedicti spe et desiderio magis proficiendi miserit michi dimissorialem litteram recedens . . . silentio supprimi iubeatis. *Pater noster.* Karissimi, vos debetis scire quod inter omnia . . . in quam nos perducat Dominus noster Jesus . . . . Amen.»

F. 162'—165: [Index præcedentium sermonum etc.]

Herlacum est Erlach ad lacum Biennensem, ubi olim erat abbatia Ord. S. Benedicti. Idem opus sub nomine fratris G. existit in Bibliotheca S. Galli Nr. 329. p. 17—124 scriptum anno 1398. Cf. Scherrer, Verz. p. 115 et in Archivio Departamentali „du Jura." Nr. 7. scriptum circa 1410. Cf. Biblioth. de l'Ecole d. Chartes 50 (1889) p. 331. — F. Jeunet, Essai historique sur l'abbaye de Fontaine—André canton de Neuchâtel. Locle 1865. p. 209.

F. 165—167' [altera manu: *Duo sermones.*] «*Nic. de Digelspuel super Dominica prima post Octavas Pentecostes . . . Quare Christus incarnatus sit.*»

F. 168—205: «*Sequuntur sermones super angelica salutatione.* Quoniam ut ait beatus Jeronimus Nulli dubium . . . fructus ventris tui. Qui . . . Amen.»

F. 205'—210' [alia manu:] [*Tractatus brevis eximii doctoris Dingelspuel de 7 peccatis mortalibus.*] «Secundum magistros et doctores in quarto . . . preces fundere neglexerit. Et sic sit finis de septem viciis capitalibus in civitate Constantiensi Anno domini 1456°.»

F. 211—215 [alia manu:] «*Sermones Magistri Nycolai de Dingelspuel in die Penthecostes et eiusdem Juvamenta contra quascunque temptationes.*»

III. F. 216—284. *Tractatus de statu mundi.* Folia in margine superiore a manu antiqua signantur 1—62. Sexterni 1—6 numerantur.

F. 216—217: [*Prologus et index sequentis operis.*] «*Incipit tractatus de statu mundi extractus de tractatu magistri Johannis galensis.* Ex quo enim quilibet predicator verbi divini est alloquens . . Ego frater Leonhardus de Ruetlingen inter minores minimus in mente mea colligere statui tractatulum de omni statu mundi in philosophia naturali et morali hic ponam. Et tantum de prologo.»

F. 217—276': «Circa primam partem principalem que tractat de constitutione rei publice et decem habet partes . . . laudabunt te. Hoc mihi fratri Leonhardo huius tractatus collectori et omnibus quibus desidero concedat ipse qui in eternum vivit et regnat. Amen. Unde rogo legentes . . . pro quibus mundi statu loqui et etc. Explicit tractatus de statu mundi intitulatus.»

De Johanne Galensi vel Guallensi, Anglico cf. Fabricii Bibl. lat. 3, 103—104. 363. Eius summa inter incunabula nostra Nr. 232, 233, 316.

F. 276—277: «*Notabilia quædam de vita Aristotelis.* Aristoteles fuit gente Macedo . . . 5ta ubi multa ponit de Aristotele.»

F. 277: [*De 24 statibus.*] «Sanctus Bernhardus dicit non est nisi turpis amor in hoc seculo . . . meror a viduis. Hec ille. Versus. Totum vilescit quidquid in orbe nitescit. De hiis predictis quere in libro precedenti nam in hiis 24 statibus totus mundus constat.»

F. 277′—282: «*Tabula libri prescripti per ordinem alphabeti.* [A]-Colitus licet isti facere . . . Ymago quere sub litera i. Explicit tabula libri predicti per manus Heinrici Maier conventualem in Zuifult.» [Zwifalten.]

F. 282′—285′ vacat.

---

214. (Fol. Nr. 144.) **De Dinkelspuel Sermones.**

S. XV. (ca. 1455) Charta. 313×225. 191 folia (recte 190 nam 127 bis numeratur. 155 et 166 omittuntur.) 16 quinterniones numerati, quidam sunt sexterniones, imo septerniones. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Fol. primum non numeratum, ab una parte vacuum exhibet indicem contentorum: «*Sermones de sanctis magistri Nycolay de Dingelspuel doctoris eximii.*»

F. 1—7: *Sermo primus de Johanne Evangelista.*

F. 7—9′: *De purificatione Marie Virginis.*

F. 9′—12′: *De annuntiatione Marie Virginis.*

F. 12′—16: *De annuntiatione virginis gloriose.*

F. 16—26: *Sermones de incarnatione.*

F. 26—28′: *De ingratitudine.*

F. 28′—31′: *De s. Johanne Baptista.*

F. 32—34: *De Maria Magdalena.*

F. 34—38: *De beato Jacobo apostolo maiori* [2 sermones.]

F. 38′—44′: *De assumptione beatæ Mariæ* [3 sermones.]

F. 44′—53: *De nativitate virginis* [2 sermones.]

F. 53—61′: «*Sermo S. Michahelis archangeli.*» [2 sermones.]

F. 61′—75: *De omnibus sanctis. 3 sermones.* «Expliciunt sermones de sanctis magistri Nycolay de Dingelspuchel doctoris eximii sacre theologie in studio Vienensi.»

75—76′: *De Johanne Baptista sermo 3ius socci.*

Ut in cod. **46**, 212.

E. 76′—79: «*Tractatus Boneventure de corpore Christi.* Ad honorem gloriose et individue trinitatis . . . prestare dignetur . . . regnat tecum etc. Explicit tractatus boneventure de corpore Christi et preparatione ad deuotam susceptionem eiusdem ritamque celebrationem misterii misse. Anno LVo.»

Edit. Rom. T. VII, 71—75. — Idem opus in cod. **228** f. 75—78′.

F. 79′ vacat.

F. 80—107: «*Sequitur tractatus de penitentia et eius partibus, magistri N. de Dingelspuel.* Ecce nunc dies . . . a quo nos custodiat qui sine fine vivit et regnat. Amen. Explicit tractatus collectus per Nycolaum de Dingelspichel de penitentia et eius partibus, doctorem sacre paginis (!) studii Vinnensis per me Johannem Ruoff de Constantia plebanum ecclesie s. Johannis Constantiensis. LIIII° in vigilia Bartholomei apostoli.»

F. 107: *Dyonisius.* «Sunt duo que peccatum perficiunt . . . precesserit in culpa.»

F. 107'—108: «*Super illo sententiarum 4to: En sic agis,* dico tibi quia securus es. Contra nemo scit . . . quantitatem peccatorum iniungere potuisset.»

F. 108—114: «*De indulgentiis tractatus magistri Nycolay de Dingelspuel doctoris.* Utrum per indulgentias . . . plus determinare Et sic est finis huius tractatus de indulgentiis. Laudetur in hoc deus.»

F. 114—114': «*Quid sit dicere absolvere a pena et a culpa.* Nota idem est dicere a pena . . . in dicto capitulo: Cum ex eo. Et sic est finis huius materie.»

F. 114'—117': «*Incipit tractatus subtilis de virtutibus.* Amice ascende superius . . . vivit et regnat in seculor. secula. Amen. Explicit tractatus de virtutibus bonus et utilis.»

F. 118—121': «*Tractatus de nobilitate creaturarum. Si cognovisses et tu . . .*»

F. 122—123': «*Incipit tractatus brevis de perfectione humanitatis Christi.* Gavisi sunt discipuli viso domino . . . poterant esse otiose. Deo gratias. Explicit tractatus bonus et brevis de perfectione corporis et privilegio anime Christi.»

F. 124—127': *Tractatus de penis inferni.*

F. 128—127 bis: [Hæc duo folia inverso ordine posita sunt, de quo conferenda nota fol. 128' infra: «Sequitur 2. membrum principale illius materie . . . quere in 1° folio ante folio 127 et invenies.»]: *Sermo in festo corporis et sanguinis Christi.*

Ab initio 15 lineæ lingua germanica.

F. 129—165: «*Sequitur commune Sanctorum sermonum fratris Jordanis in hunc modum ut sequitur et primo de Apostolis* Manete in dilectione mea. Joh. 15. In verbo proposito . . . spiritui sancto. Amen. Explicit commune sanctorum sermonum fratris Jordanis ipsa die Agathes anno LV hora quasi decima per me plebanum ecclesie s. Johannis Constantiensis.»

Sunt sermones 229—271 ut habentur in editione inter Incunabula Einsidlensia Nr. 88. Hain 5919.

F. 165'—168: «*Tractatus beati Bernardi de 4 gradibus spiritualis excercicii et in scola claustralis vitæ. Prologus.* Cum die quadam corporali . . . a primo gradu remotior.»

F. 168' medietate excisum vacat.

F. 169—191: [*Nic. de Dinkelspuel.*] «*Expositio orationis dominicalis, ut sequitur.* Si quid petieritis patrem . . . sine fine vivit et regnat. Explicit expositio dominicæ orationis collecta per magistrum M. Ny. de Dingelspuel doctor. sacre pagine.»

---

215. (Fol. N. 70.) **Dinkelspuel de decem præceptis et super Pater Noster. Tractatus de sacramentis. uf papir geschriben.**

S. XV. (1443—1447) Charta. 303×222. 496 pp. (recte 524 quia non numerantur plurima folia vacua, nempe primum, 6 post pag. 170, 2 post p. 237, 3 post 422; pag. 145 bis numeratur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—170. Duoderniones non signantur. «De duobus preceptis caritatis, sermones magistri *Nicolay de Dinkelspichel.* Scribitur Matth. 22. . . . virtus pietas per infinita secula seculorum. Amen. Explicit tractatus venerabilis magistri Nicolay de Dinkelspuechel super decem preceptis tertia die mensis Januarii sub anno dni MCCCCXLVII. per me Johannem Näger socium in divinis in Lutkirch. Laus sit deo.»

II. P. 171—237. Folia 1—20 antiqua manu signata. *Varia.*

P. 171—213: [*De contractibus.*] «Qui volunt divites fieri . . . ex dotationibus folio.»

P. 213—214: *Regimen* [*sanitatis.*] «Primo. Camera ubi dormitis . . . bona gaudia queris etc.»

P. 213—237: [*Tractatus de fornicatione et Symonia.*] «Sciendum quod omnium notoriorum . . . vel tam recreationis infuerit quis etc.» Videtur esse imperfectum. P. 215—217: [*Bulla.*] Urbanus epus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Ne in vinea domini . . . . . . datum Rome apud S. Petrum II Nonis Aprilis pontificatus nostri anno septimo.»

Cf. Corpus iuris, Extravagantes comm. V. 1. apud Gregor. XI an. 2. ep. com. p. 23. — Baronius ad. ann. 1369. T. 26 p. 177—178.

III. P. 238—422. [anno 1443] Binæ columnæ. Duoderniones signati ante et retro A—H. *Alberchti de Dyessen speculum clericorum.* «Legimus in Exodo quod Moyses . . . ex aliqua facilitate illaqueare. Amen. Nie so frow. Explicit speculum clericorum scriptum per me Johannem Funnifex tunc temporis scolarius (!) in Vberlinge. Et finitus est ipse liber feria quarta post festum nativitate Marie virginis anno domini 1443.»

P. 415 vacat. P. 416—422: *Tabula speculi clericorum.*

Auctoris nomen legitur cap. 1. pag. 239. „Idcirco Ego Alberchtus canonicus regularis in Dyessen, licet minus, presens opusculum quod compendiosum ex multorum sententiis patrum colligere et speculum clericorum intytulavi ad repetitionem cuiusdam predilecti et ad informationem illorum clericorum qui ob penuriam librorum qui ipsis necessaria forent."

Aliud eiusdem opus in cod. **228,** 48.

Idem opus in bibliotheca olim Augustana (cf. Braun Notitia codd. T. VI. p. 115. Nr. 91.) et multoties in bibliotheca Monacensi. De auctore nihil apud scriptores.

IV. P. 423—484. *Varia Henrici de Hassia.* Sexterni non signantur.

P. 423—454: [*Eiusdem tractatus de Missa.*] «Quam brevis fuerit missa et . . . que dicta sunt. Explicit tractatus de missa Reverendi Magistri Henrici de Hassia in sacra pagina doctoris eximii. Die Marci evangeliste anno 1444°.»

P. 455—470: [*Eiusdem tractatus de oratione dominica.*] «Reverendo in Christo patri ac domino domino Erhardo episcopo Wormatensi . . . . . . et sic est finis expositionis dominice orationis. Explicit Pater noster.»

P. 471—484: [*Idem.*] «*De salutatione angelica.* Ave Maria procul dubio illam . . . requies eterne vite. Explicit tractatus et expositio Misse et dominice orationis et angelice salutationis Reverendi magistri Hainrici de Hassya feria tercia ante Bartholomei per me Johannem Näger tunc temporis adiutorem in Hergarschwiler. Anno 1445. Deo gratias. Laudetur Maria. Amen.»

Pagg. 485—496 vacuæ.

---

216. (Fol. Nr. 69.) **Tractatus de decem præceptis et de septem sacramentis et aliis trata: vf papir geschriben.**

S. XV. (1445—1448.) Charta. 310×220. 504 pp. (recte 546, quia duo priora folia non numerata sunt, 1—5, 136, 353, 447—476 vero bis, 415 ter, 454 omittitur.) Restant passim vestigia numerorum quibus alia folia signata fuere. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Duo folia operculis agglutinata continent fragmentum alicuius Instrumenti notarii s. XV. — Fol. 2. non numeratum exhibet *indicem voluminis:* „In isto libro continentur hæc subscripta . . . folio 264." Pagina aversa alia manu: „Ad sciendum quomodo possis textum et glossam in summis Reimundi legere . . . vel distinctiones etc."

I. P. 1—135. Binæ columnæ.

P. 1—118: [*Summa de pœnitentia.*] «Cum miserationes domini sint super omnia opera . . . ex illis seminibus habuerint. Amen. Explicit anno domini 1446 Summa de penitentia ipsa die cinerum in Arbon.»

Idem opus habes in codice **226** p. 34—200.

P. 118—119 et 128—134 et 210 [alia manu: *Tractatus de præceptis.*] «Unde Damascenus libro 3° . . . impietas semper coniuncta est.»

P. 120—127: «*Tractatus m(agistri) Johannis de Francfurdia sacre theologie doctoris* Haidelbergensis [de contractibus]. Ut in foro anime cuius spectator est deus . . . penurias eos conpellente. Amen. Explicit tractatus magistri Johannis de Fr.»

De auctore cf. Fabr. 2, 363: Joannes Dieppurg de Francf. — Trithemius cap. 764. Edit. 1601. p. 153—154 et 351.

P. 138—134: cf. infra ad p. 293.

P. 135. [*Figura cum regulis phlebotomiae germanice:*] «Man sol an dem hopt . . . an der verse des fuosses.»

II. P. 136—210. Binæ columnæ. [*Johannis de Fonte:*] «*Decem precepta dupliciter.* Et conclusiones 4 libri magistri summarum. Ad preces studencium dum essem lector in Monte pessulano [Montpellier] et ut fratres pauperes sub compendio summas haberent librorum summarum, Ego frater Johannes de fonte, ordinis minorum fratrum per modum . . . quod non sufficiat. Finite sunt hee conclusiones 6ta feria die martirum Cosmi et Damiani anno [MCCCC] XLVIII per me Johannem Ruoff tunc temporis existentem socius in divinis in Arbona.»

III. P. 211—353 bis. Binæ columnæ. [*Nicolai de Dinkelspuel sermones in X præcepta:*] «Scribitur Mat. 22o . . . virtus et pietas per infinita seculorum secula. Finita sunt hæc dicta 4ta feria post Uolrici MoCCCCoXLIIII. Rep em Munimod Mennahoi ffuor aicnatsnoced.»

[Quod retrorsum legendum: Per me dominum Johannem Ruoff de Constancia.]

P. 293. Nota marginalis remittit lectorem ad pp. 128—134 et 210 ubi a manu posteriore addita sunt quæ hic exciderunt. Alia additamenta habes in margine p. 302 et 309.

Idem opus supra cod. **215** p. 1—170 et infra **217**, 187.

Aliquoties glossæ germanicæ apponuntur v. gr. p. 211 et 301: „vacare interpretatur müessiggon vel ledigsin."

IV. P. 354—415. Binæ columnæ.

P. 354—408: «*Heinricus de Frimaria de decem preceptis.* [A]udi Israel precepta domini . . . benedictus in secula seculorum. Amen. Finitus est tractatus decem preceptorum per me Johannem Ruoff socium in divinis in oppido Arbon feria 6ta in vigilia Martini episcopi anno domini MoCCCCXLVIIo.»

De auctore cf. Fabricius 2, 216.

P. 409—415: Tabula contentorum in libro præcedenti.

PP. 415 bis et ter vacant.

V. P. 416—465: *Gersonis Varia.* Binæ columnæ.

P. 416—424: [*Gersonis?*] *Libellus de modo proficiendi.* «Volens purgari a peccatis . . . in eternum et ultra.»

P. 425—437: «*Opusculum sequens est reverendi magistri Johannis Gerson cancellarii Parisiensis de diversis tentationibus et remediis contra pericula ex ipsis imminencia. Quod transtulit quidam monachus domus maioris Carthusie de gallico in latinum* . . . Pro humiliando nos sub potenti manu dei . . . trinus et unus. Amen. Explicit tractatus quinquaginta septem temptacionum cum remediis correctus et lectus a quodam magistro Pariensi (!) post translationem Carthusiensis de gallico in latinum.»

Ed. Gers. a. 1488 T. III, 70. Incun. 240 sed stilo diverso nempe alia est translatio.

P. 438—443: «*Secuntur XII remedia contra temptaciones huius temporis tradita a quodam experto.* Ad honorem dei . . . deo cooperante qui est benedictus in secula. Amen.»

VI. P. 444—465 Binæ columnæ.

P. 444—460: *Septem dona spiritus sancti.* «Egredietur virga de radice Yesse et flos . . . ad pias affectiones. Amen.»

Est Mgri. de Dinkelspüel ut ait index in capite codicis.

P. 460—462: [*De correctione fraterna.*] «Sequitur questio utrum quilibet qui videt proximum vel fratrem suum peccare . . . regimen et cura animarum.»

P. 462—464: [*De lectione s. scripturæ.*] «[D]ivinarum scripturarum multiplicem habundanciam . . . non solum sit gravis sed etiam brevis sive semel.»

P. 464: «*Augustinus de principio humilitatis.* Principium autem discipline humilitatis cuius cum multa sint documenta . . . humilitas discipline legentium.»

P. 465 vacat.

VII. P. 466—484: [*Nicolaus de Dinkelspüel*] *de octo beatitudinibus.* «In evangelio, quod legitur in festo . . . largiatur nobis omnipotens . . seculorum. Amen. . . . Nicolaus de Dinkelspüchel egregius doctor edidit cuius anima requiescat in pace eterna.»

VIII. P. 485—503. Binæ columnæ: «*Passio domini nostri Jesu secundum ordinem historie scolastice quoad textum.* (E)gressus Jesus trans torrentem . . . nobis passus est in cruce. Amen.»

P. 504 vacat.

---

217. (Fol. Nr. 123.) **Dinkelspüel de 7 vitiis et de Xpreceptis vf papir geschriben.**

S. XV. (1439) Charta. 310×220. 358 pp. (360 si primum folium numeretur.) Duoderni non signantur. — Binæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

P. 1—158: [*Nicolaus de Dinkelspuel, de 7 vitiis.*] «Homo quidam fecit cenam . . . qui talia ignorat.»

Ut supra **213**, 1—60.

P. 158—186: [*De 7 vitiis.*] «Sicut quilibet homo . . . fundere neglexerit. Amen. Explicit tractatus de viciis capitalibus M. Nicolay Dinkelspühel.»

P. 187—353: [*Eiusdem tractatus de X præceptis.*] «Scribitur Matth. 22. quod cum quidam legis doctor . . . secula seculorum. Amen. Explicit tractatus venerabilis Magistri Nicolay de Dinkelspüchel super decem preceptis. Tercia die mensis Marcii sub anno domini M°CCCC° tricesimo nono Indictione 2ª.»

Idem opus ut in codd. **215**, 1 et **216**, 211.

P. 354—355 [eadem manu]: «*Gerson in regulis mandatorum.* Ea que precipit tibi deus cogita semper . . . secreto, secus de publico.»

P. 355 [eadem manu]: «*Cancellarius Parisiensis In 9na consideratione 28m.* Venditionis et emptionis contractus . . . eius causam habent.»

P. 356—358 vacat.

---

218. (Fol. Nr. 173.) **Vocabularium iuridicum. Grassus.**

S. XV. (1471) Charta. 285×217. 113 folia sine signis quaternionum. — Ligatura chartacea s. XIX. — Liber in Italia scriptus.

I. F. 1—36. Variæ manus. Primi folii margo lacerus.

F. 1—29': [*Vocabularius iuris.*] «[A]bavus est pater proavi . . . irregularitas ex infamia. Et sic est finis huius vocabularii iuris canonum.»

F. 29'—36'. [*Varia de iure canonico.*] Divisio corporis iuris etc.

II. F. 37—40'. F. 37—39': [*Divisio decreti Gratiani.*] «Liber decretorum distinctus est in tres partes . . . de spiritu sancto. Explicit libellus in quo continentur sub paucis verbis omnes cause decretorum, omnes distinctiones (?) et cuiuslibet questionis solucio intitulatur de iudicio.»

F. 39'—40': «*Collecta de summa hostiensis.* Ex prohemio summe Host . . . qui in trinitate unitate.»

FF. 41—44 maximam partem excisa et vacua.

III. F. 45—68. Fragmentum cuius initium deest.

F. 45—49': [*Summarium metricum decreti Gratiani.*] Supersunt tantum partis secundæ causa 5—36. «Quinte prima libros . . . ieiunia laude coronas. Expliciunt carmina totum decretum sumantia.»

F. 49'—65': «*Summarium tocius decreti traditum per d. Rathonem.* Sepe numero pupugi utriusque doctores . . . c. 1. de arbitris c. olim.»

FF. 66—68 vacant.

IV. F. 69—98. [*Joh. Grassus*] *arbor dignitatum* [*ecclesiasticarum.*] Binæ columnæ.

F. 69—94: «[O]ccurrente pro lectura et commento . . . transitum faciam ad sinistram partem arboris dignitatum secularium. Jo. Grassus comes et utriusque iuris monarcha. Anno 1471 die 14 Februarii.»

F. 94'—98' vacant.

V. F. 99—110. [alia manu :] «*Sequitur 2ª pars arboris dignitatum dni Jo. de Grassis iuris utriusque monarche spectatissimi, Papie lecta.* 1471. Expedita parte dextre arboris dignitatum . . . non ambigitur ff. de legi.»

FF. 110'—113' vacant.

Opus editum Argentorati 1510 et Venet.

---

219. (Fol. Nr. 95.) **S. Thomæ compendium theologicæ veritatis.**

S. XV. Charta. 308×220. 380 pp. 30 sexterni, quorum numeri plerumque abcisi. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—360. Binæ columnæ.

P. 1—301: [*Hugonis de Argentorato libri VII Compendii theologicæ veritatis.*] «*Incipit prologus in compendium theoloice veritatis beati Thome ordinis predicatorum.* Veritatis theoloyce sublimitas . . . recipiet sine fine. Amen.»

Edit. inter opera B. Alberti Magni ed. Jammy T. XIII, 1—148. — Inter opera S. Bonaventuræ T. VIII in appendice. — Cf. Fabricius I, 43; 236. II, 476. III, 268.

Idem opus in cod. **271.**

P. 301—306: *Tabulæ totius libri et capitulorum.*

P. 307—309: [*Sermo de passione domini.*] «Fera pessima devoravit filium . . . gratulari valeamus. Amen.»

P. 310 [alia manu]: *variæ particulæ catecheticæ.* [*Die 9 fremden Sünden.*] «*D. sünd* in heiligen geist. D. rueffenden sünd.»

P. 311—312, 332—336, 353—360 vacat. P. 313—331: [*Varia de sacramentis.*] «Homo quidam Adam . . . coniugia iuncta retractant.»

P. 337—352: [*Sermones varii de passione domini.*] «Filius regis mortuus est . . . in eo poterit sepelliri.»

II. P. 361—380. Binæ columnæ. [*Glossæ latino — germanicæ;* ab initio mutilæ esse videntur.]

P. 361: «Zelus amor. Zelus invidia . . . pecus dicitur holocaustum.»

P. 361—363: [*Variæ glossæ evangelicæ ordine alphabetico.*] «[A]bstractum abgezogen vel abgeschaiden . . . in allen dingen.»

P. 363—365 videtur esse appendix ubi fusius explicantur germanica *sensus, ymaginatio,* meditacio, ingenium, racio etc.

P. 365—366: [*nomina plantarum etc.*] «[A]rtomisia Bugge . . . agericum heidewurtze.»

P. 367—371: [Parvum glossarium voces præsertim theologicas explanans.] «[A]bstractum dicitur das abgezogen ist oder . . . ydropisia dicta infirmitas.»

P. 371—380: [*Interpretatio germanica variorum locorum epistolarum ut videtur secundum ordinem missalis romani.*] «[H]ec dicit dominus propter syon . . . et ciminum vnd kummich.»

P. 380: [*Versus memoriales*] «Ossito sternuto singulto . . . et sepe gelizo.» [?] cum interpretatione interlineari: «ich gehnen, ich nuesse . . vneglo.»

Cf. Wackernagel, Voces variæ animantium. 2 Aufl. Basel 1869 p. 70 nota.

---

220. (Fol. Num. 10.) **Opuscula ascetica Nicolai de Lyra etc.**

S. XIV. Membr. 240×160. 66 pp. recte 268 quia 3 et 4 bis numerantur. Ab initio duo et in fine unum folium chartaceum adduntur, quæ tamen non numerantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ sub abbate Augustino Hofmann 1601.

I. P. 1—40. *Varia Nicolai de Lira.* Binæ columnæ.

P. 1 vacat. P. 2: «*Contenta in hoc volumine.* Questio magistri Nycolai . . . fratre Johanne Brugmann.»

P. 3—10: (alia manu) «*Questio magistri Nicolai de Lyra contra Judeos de mysterio incarnationis Christi.* Queritur utrum per scripturas a Judeis receptas . . . ad vomitum revertuntur. Explicit prima questio determinata a fratre Nycolao de Lira, ordinis fratrum Minorum.»

P. 16—34: «*Responsio eiusdem contra quendam Judeum ex evangelio secundum Matheum contra Christum nequiter arguentem.* Potens sit exhortari . . . aperto mendacio terminavit. Explicit responsio fratris Nycolai . . . nequiter arguentem.»

P. 34: [*Varii versus de Casibus reservatis.*] «Sacrilegus votum frangens . . . vel aliter Incestus stuprum . . . a simplice solvi.»

«*Nota statutum consilii generalis.* Extra de penitentiis et remissionibus quod tale est: Omnis utriusque . . . cathedram plenius continetur.»

P. 35—37: «*Eiusdem tractatulus de XIV conditionibus requisitis ad ydoneum susceptorem sacramenti eucharistie* . . . requiritur enim quod sit homo . . . dampnosum et illicitum. Expliciunt condiciones . . . sacramenti eucharistie.»

P. 38 [altera manu: *Cycli decennovenales ab anno Domini M°CCC°.*]

P. 39 et 40 vacant.

II. P. 41—128. *Liber cuiusdam de preparatione cordis.* P. 41—44 binæ columnæ. P. 45—127 manu antiqua numeri foliorum I—XLI apponuntur.

P. 41: «*Incipit tabula libri sequentis de preparatione cordis.* De septem instructionibus cordis I. . . . De cordis scissione XXXIX. Explicit tabula.»

P. 42 vacat. P. 43—44: «Incipit prologus in librum de preparatione cordis. Preparate corda vestra domino . . . cordis tibi propositum. Explicit prologus.»

P. 44—128: «*Incipit liber de preparacione cordis II. De VII instructionibus cordis.* Preparate corda vestra . . . per eum habentur. Explicit liber de preparatione cordis.»

P. 45—128 in margine et passim altera manu (s. XV?) variæ notæ etc. apponuntur. Inter folia XXX et XXXI aliud insertum quod totum adnotationibus huius manus repletum est.

III. P. 129—266. *Johannes Brugman, exercitia passionis domini.* Binæ columnæ. Vestigia pene excisa signorum quaternionum supersunt p. 147, 151, 185 etc.

PP. 129 et 130 vacant. P. 131—264: «*Incipit devotus tractatus valde incitativus ad exercicia passionis domini per* [32] *articulos distinctus. Primus articulus invehit contra inimicos crucis Cristi in generali.* Quoniam obliti sunt . . . ego reficiam vos. *Explicit devotus tractatus* valde incitativus ad exercicia passionis domini.»

PP. 265—266 vacant.

Nomen auctoris († 1473) legitur in indice contentorum p. 2. De quo conf. Fabritius I, 264: Belga Ord. Min. circa annum 1456, qui tamen huius operis non meminit, quod ineditum esse videtur. — Allgem. d. Biogr. 3, 410. — K. Lex. 2, 1355.

In operculo anteriore folium pergamenum, scripturæ s. XV. duarum columnarum, fragmentum, ut videtur tractatus de officiis clericorum.

F. 2: „Liber canonicorum regularium domus beate Marie virginis in Gæsdonc prope Goch. Legatus a domino et magistro Henrico Væck, dempto tractatu de exercitio passionis Christi.“ P. 130: „Precedentia in hoc volumine contenta legata sunt a domino et magistro Henrico Væck de Noviomagio oriundo et altarista in ecclesia Novimagensi.“

---

221. (Fol. Nr. 21.) **Joh. Nider Præceptorium.**

S. XV. Charta. 285×210. 282 folia antiqua manu signata. Quaterniones non signantur. Binæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio subfusco obductæ.

F. 1—276: [*Preceptorium magistri Johannis Nider ordinis predicatorum.*] «Decalogi legem sacratissimam . . . trinus et unus benedictus in secula. Amen.»

F. 277—288' *Registrum alphabeticum.*

Editio (Ulmæ, Joh. Zainer. Hain 11785) inter incunabula nostra Nr. 115.

F. 276': «Stephanus Miller de Laugingen. R. A.»

Folio primo non numerato: „Anthonii Frantzen 1509.“ [Tribus columnis:] „*Preceptorium Nyder.* Tabula eius in fine.“ Sequitur *index* secundum ordinem materiæ. In fine: „Consignata sunt hec inicio mensis Maii anno dom. 1512.“

---

222. (Fol. Nr. 83.) **Varia Matth. de Cracovia. Otto abbas.**

S. XV. (1437—1491). Charta. 300×210. P. 1'—477 manu antiqua signata. 583 pp. recte 594 quia fol. I—V non, 1 bis numerantur. — Tabulæ ligneæ, corio rubro obductæ.

I. Fol. I—IV. [Fragmentum, initio et fine mutilum *de beatitudine cœlesti.*] «O anima mea precinge te, curre . . . percipiat et ipse fruatur.» . . . In fine tantum vestigia remanent trium foliorum excisorum. Binæ columnæ. Supersunt pars capitis 12. capitula 13, 14, 15, dein 6—10 in quo dialogus inter rationem et conscientiam.

II. V—477. *Varia variorum.* Binæ columnæ.

V—74: [*Lectura X preceptorum.* Deest initium.] . . . «cordis deifici cuius ventrem . . . nobis meritis gloriose virginis prestare dignetur eius filius qui cum . . . seculorum. Amen. Explicit lectura X preceptorum quarta feria ante festum s Thome apostoli anno 1431.»

P. 75—88: [*Matthæus de Cracovia, de ratione et conscientia.*] «Multorum tam clericorum quam . . . in secula benedictus. Amen. Explicit tractatus egregii professoris sacre Theol. magistri Matthei de ratione et conscientia ad utilitatem communicancium compilatus. Deo gratias. Scriptus seu completus ipsa die Joh. Evang. anno domini 1438.»

Idem in bibliotheca Engelberg. 435, 11°, Altovadensi Nr. 116. Cf. Xenia Bernardina II, 2 p. 207.

Ed. inter Incun. nostra 450, 1. Cf. Hain 5807. De auctore († 1470) cf. Fabritius 3, 47; — K. Lex. 8, 1039. — Potth. Bibl. 777.

P. 89—95: «*Petri Blesensis tractatus brevis de transfiguratione domini.* Reverendo patri ac domino F. dei gratia . . . et vivit regnat

deus per omnia secula seculorum. Explicit . . . scriptus in die Silvestri Pape anno domini MCCCCXXXIII. Deo gratias.»

Ed. Migne P. l. 207, 777—792.

P. 96—103: «*Speculum peccatorum.* Quoniam karissimi in via . . . secula seculorum. Amen. Et sic est finis speculi peccatorum scriptum sabbato quinquagesime Anno 1437.»

P. 103—110: «*Excerpta de libro florum* [*Floreto?*] *beati Bernhardi doctoris eximii.* Sangwisuge due sunt filie . . . qui negligit, incidit.»

P. 110—122: *Petri* [cuiusdam] *Quadridalus.* «*Iste tractatus Quadridalus intitulatur.* Sum patria (?) pulsus bonis exustus . . . et communia non sequi.»

P. 123—228: *Ottonis abbatis occupacionum* [*collationum*] *libri III.* «[D]omino et patri Turpioni pontifici suus ille monachorum infimus salutem in domino. Recolitis domine mi . . . de servitute parebit.

Dogmate cœlesti hunc prædictus Addo (!) libellum
Florida composuit doctorum prata peragrans.
Scriptori requiem tribuat deus ipse perhennem.

Fidelium anime requiescant in pace. Amen. Explicit tractatus occupationum qui completus est per hanc scripturam anno domini 1437 et 17 die Maii que erat sexta feria ante Pentecosten.»

Ed. Migne P. l. 133, 517—638.

P. 229—272: «*Tractatus de virtutibus utilis et compendiosus.* Nunc quedam vicia que frequenter . . . sunt in gracia. Explicit tractatus de virtutibus. Scriptus anno domini 1438 ipsa die Hylarii episcopi.» [Sequitur elenchus 42 capitum.]

P. 230—293: [*Tractatus de VII Sacramentis.*] «Sacramentum ut dicitur . . . septimi Bestialiter coeundo. Explicit tractatus de Septem Sacramentis pridie Kal. Februarii s. sexta feria ante festum Purificationis Marie. Anno 1438 hora tercia post meridiem. Deo gracias.»

P. 293—314: «*Formula confitendi et primo de hiis que precedunt confessionem.* Sicut dicit Johannes in canonica . . . est tarditas anime. Explicit formula confitendi sexta feria post Purificationem 1438.»

P. 314—337: «*Tractatus magistri Petri Blesensis de vita beati Job continens 8 capitula.* Vir erat in terra Hus . . . et regnat deus. Amen. Explicit tractatus magistri Petri Blesensis de vita beati Job anno 1438 feria 3a ante kathedram Petri.»

Ed. Migne P. l. 207, 795—826.

P. 337—341: [*Matthei de Cracovia regulæ de peccatis.*] «Ad sciendum quando peccatum aliquod sit mortale . . . et sic est finis. Deo gracias. Istas regulas composuit ven. sacre pagine professor M. Matheus de C. 1438, 3a feria ante festum kathedre s. Petri hora XI diei.»

De auctore cf. supra ad p. 75.

P. 341—349: «*Nota quasdam questiones de contractibus usurariis.* Utrum licitum sit christianis . . . et magnum preiudicium. Expliciunt questiones de contractibus.»

P. 349—352: [*Johannis Wilhelmitæ*] «*Questio de mendicitate validorum.* Queritur utrum mendicitas validorum . . . per istud triduum. Et in hoc terminatur questio fratris Johannis Wilhelmite, sacre theologye bacularii.»

P. 352. [Minio descriptum:] «*Scutum katholice veritatis.* Pater non est . . . intellectus.»

P. 353—354: [*S. Augustini tractatus de silentio in ecclesia.*] «Rogo vos fratres karissimi quociens ad ecclesiam . . . in perpetuum in secula seculorum.»

Videtur esse pars cuiusdam sermonis forte 281 (?) Ed. Migne V, 2276.

P. 355: [manu posteriore] «Item nota hic consequenter casus in operibus proscribuntur vel prohibentur homines utriusque sexus a communione sacra et a sacramento eukaristie. Item communio sacra . . . et friuole obliviscuntur.»

P. 356—457. [Alia manu: *Nic. de Dinkelspul tractatus de pœnitentia.*] «Ecce nunc tempus acceptabile . . . vivit et regnat. Amen. Et sic est finis tractatus de pœnitentia egregii doctoris ac magistri Nicolai de Dinkelspuel. Idus Marcii anno 1441. Laudetur deus.»

Cf. cod. **214**, 80.

P. 457—476: [*Eiusdem tractatus de VII vitiis capitalibus.*] «Secundum magistrum et doctores . . . tantum de capitalibus vitiis. Explicit tractatus de septem capitalibus peccatis magistri reverendi Nicolai de Dinkelspuel completus XI Kal. Maii Anno domini 1441.»

Idem in **213**, 1.

P. 477: [alia manu sæc. XVI] *Nota de nativitate et obitu Joh. Gerson cum eiusdem epitaphio.* Edita inter eius Opera (Incun. 245) circa finem.

III. P. 478—535. *Varia fragmenta.*

P. 478—501: [*De articulis fidei.*] «Funiculus triplex difficile rumpitur. Funiculus quo a terra . . . ignis in conspectu eius.» Abrumpitur.

Inter p. 501 et 502 novem folia excisa sunt.

P. 502—525. [*Fragmentum expositionis orationis dominicæ etc.* mutilum initio et fine:] «potentissima de primis . . . coincideret cum secunda.» Cetera excisa.

P. 531—534 fragmentum: *Legenda de s. Quiteria virgine et martire* . . . Erat Catillus rex magnus super omnes orientales . . .

Cf. Acta SS. 22. Maii V, 172: „Vetera hæc figmenta."

IV. P. 536—583. Binæ columnæ. Folia primi sexterni numerantur 1—6.

Sermones dominicales ab Adventu usque ad Dominicam III post Epiphaniam. «*Dominica prima adventus.* Cum appropinquaret dominus . . . propter abstinenciam multam.» Hic abrumpitur codex.

---

223. (Fol. Nr. 40.) **Sermones quadragesimales.**

S. XV. Charta. 272×202. 332 pp. — Quaterniones non signantur. — Ligatura moderna papyracea.

P. 1—320: «[V]ade et amplius noli peccare . . . sic stricte debitor obligatur usque.» Cetera desunt.

P. 321—332 vacant.

Litteræ initiales et rubricæ titulorum desunt, interdum in margine indicantur. Scriptorem Italum scriptura et elocutio produnt, v. gr. secondus, mondus etc. Tractat de iustitia, de contractibus et usura. Auctores alligantur Alexander de Ales, Archidiaconus Goffredus et alii.

---

224. (Fol. Nr. 28.) **Varia super Concilium Basileense. Statuta Augustana.**

S. XV. Charta. 300 × 218. 156 folia manu Anthonii Frantzen signata, e quibus tamen desunt 96, 109—116, 137, 138, 141—144. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. F. 1—95. *Varii tractatus.*

Fol. 1—34: [*Anonymi tractatus contra curiam romanam et de erroribus eiusdem. Dialogus inter Petrum et Paulum.*] «Reverendissimis in Christo patribus et dominis dominis sacrosancte ac universalis ecclesie Cardinalibus nec non aliarum ecclesiarum patriarchis metropolitanis Archiepiscopis episcopis abbatibus prelatisque ac etiam Romane curie officialibus uniuersis totique clericali cetui per universum constitutis N. minimus et utinam inter veros discipulos Jesu Christi planctum pro affectu . . . supra vires scribentis arripuit negotium.»

Tractatus in tres partes distinguitur et plurima capitula quorum tamen tituli et litteræ initiales desunt. F. 33′ in margine inferiore manu Anthonii Frantzen: „Speculum aureum titulus huius precedentis tractatus.“

F. 34—94′: [*Magistri Andree de Escobar, Hispani, Ulixbonensis, sacre theologie professoris ordinis s. Benedicti, civitatensis episcopi tractatus contra Judeos.*] «Incipit Tractatus de Judeis, de publicatione heresum, . . . essent cremandi. *Quoniam non est in ore* eorum veritas . . . vanum est ubi thema.»

Auctor nominatur f. 49. Cf. Trithemius, de script. eccles. II, 136. — Fabritius, Bibl. lat I, 89.

F. 95 [manu s. XVI, ut videtur Anthonii Frantzen:] *De libro Talmuth* [varia notata] F. 95′ vacat.

II. F. 97—140. *Varia circa Concilium Basileense etc.* manu Joh. Hallberger.

F. 97: «*Protestatio principum electorum que dicitur neutralis secundum Conciliistas Basileenses Heresiarcha vocata.* In nomine Domini. Amen. Anno a Nativitate eiusdem 1438 . . . 17 Marcii nona vespe-

rorum . . . Et ego Hermannus Butenweg clericus Paderburnensis dioec. publicus imperiali.»

F. 98—99: «*Decreta concilii provincialis* Maguntinensis de anno 39mo fabricate condite speciebus protestationis premisse. Nos . . . attendentes et si sacrorum generalium conciliorum . . . et sollicitos impendemus.»

Cf Braun, Notit. litterar. VI, 61. — Hartzheim, Concil. Germ. 5, 259.

F. 99—99': «*Appellatio neutralium ecclesie rebellium.* Nos . . . sacri Romani imperii principes . . est moris et stili.»

F. 99': [*Cessio a papatu Johannis pape XXIII in Concilio Constantiensi.*] «Ad laudem et honorem omnipotentis . . . concilii dirigendas concedo.»

F. 100—108': «*Tractatus contra Neutralitatem editus per dominum Jo. Grimwalt Cardinalem tituli S. Martini in montibus dampnificans etc. illam.* [Q]uis dabit me in sollitudinem diversorum . . . Evangelia utiliter et efficaciter.»

Cf. Pastor, Gesch. d. Päpste [ed. 2.] 1, 265. — Idem opus (?) Lipsiæ Nr. 91. Naumann p. 28. — De auctore (Grünwalder † 1452] Cf. Allgem. d. Biogr. 10, 60.

F. 117—118: «*Confederatio cleri Herbipolensis.* In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Dierum crescente malicia pericula temporis . . . appensa. Datum et actum in ecclesia Herbipolensi predicta in capitulo generali per nos ad premissa communiter congregato. Sub anno a Nativitate domini 1427, Vta feria post diem sancti Egidii Abbatis.»

F. 118' inserendum post fol. 124'.

F. 119—121: «*Exhortacio sacri Basiliensis Concilii ad sacri Romani imperii Electores etc.* [C]um adversus sanctam Sinodum Basiliensem universalem ecclesiam representantem . . . postea in scriptis redacta. Deo laus.»

F. 121—123': «*De gestis olim Eugenii tempore Electionis et regiminis sui etc.* [N]otandum quod ipse olim Eugenius unacum aliis . . . dei maius est.»

F. 124—132: [*Tractatus de auctoritate conciliorum per quendam Carthusianum.*] «Victus modestia paterne iussionis . . . dignetur in secula seculorum. Amen. Explicit tractatus de auctoritate conciliorum sacrorum generalium per quendam religiosum fratrem ordinis Carthusiensium, sacre theologie professorem compilatus quem Ego Johannes Hallberger magno cum desiderio et cum debita veneratione in confusionem omnium auctoritatem sacrorum generalium Conciliorum et ecclesie sponse Christi inpugnancium scribere et in perpetuam rei memoriam presentibus annectere studui.»

F. 132—135': «*Epistola Romanorum regi per sacrum Basiliense concilium missa ad Idem etc.* Sacrosancta generalis Sinodus . . . Basilee III Aprilis anno a Nativitate domini 1442.»

F. 135': [*Copia litterarum Innocentii pape IV^ti pro ecclesia Bambergensi.*] «[I]nnocencius episcopus . . . Dat. Lugduni VI° Idus Junii pontificatus nostri anno Sexto.»

F. 135'—136: [*Bonifacii pape VIII.*] «[B]onifacius episcopus servus . . . epis. Ratisponensi . . . Datum apud Urbemveterem [Orvieto] Idus Augusti pontif. nostri anno Tercio.»

F. 136—136': [*Clementis pape II^i.*] «[C]lemens epis. servus . . . Sacratissime nostre Bambergensi ecclesie in filiis et filiabus eius, clero . . . Dispensatio seculorum venit . . . Henrici tercii imperatoris similiter I° Indictione I^a.»

F. 139—140: «*Excepta de replicationibus olim Eugenii contra sacrum Basiliense concilium latran . . . hereticam pravitatem defendere licet nullitur satagant.* Insuper antedictus Basiliensis error manifesta demonstratione repellitur ex epistola beati Leonis pape . . . a prima sede iusticiam.» Abrumpit.

F. 140' alia manu s. XVI thema sermonis pro Dominica Passionis.

III. F. 145—156: [*Statuta sinodalia episcopi Augustani.*] «Petrus dei et apostolice sedis gratia episcopus . . . in proxima sinodo facere teneatur.»

Edit. stilo sæpe mutato Monum. Boica. 16, 604—637. — Cf. Braun, Bischöfe v. Augsbg. 3, 22. — Pertz, Archiv 8, 740.

F. 155'—156 vacant. F. 156' partim scissum [manu Anthonii Frantzen:] «*Contenta in hoc libro.* Tractatus contra errores . . . Statuta sinodalia 145.»

In fine sicut et in operculo anteriore nomen possessoris: Anthonii Frantzen 1520.

Idem passim in margine argumenta etc. adiecit et p. sin margine inferiore hæc addidit: „Iste liber fuit Johannis Hallberger canonici Zofingensis qui dedit domno Conrado Arx cuius heredes dederunt amico eorum domno Ulrico Moren (?) de Brittunow qui dedit domno Oswaldo Hötschi plebano in Brittnow cuius heredes vendiderunt partem librorum domno Conrado de Rotenburg adiutori Zofigensi et ab illo hunc librum emi et in promptis persolvi ante novennium 1522. Registrum contentorum quære in fine. Anthonius Frantz.“ Cf. cod. **49.**

---

225. (Fol. Nr. 61.) **Joh. Muntzinger etc.**

S. XV (1449. 1464.) Charta. 285 × 200. 140 paginæ. — Binæ columnæ. — Ligatura papyracea moderna. — Fuit quondam coniunctum cum **228** & **229** quos vide.

P. 1—136: [*Johannes Müntzinger, questiones in orationem dominicam.*] «Pro dominice oracionis declaracione et nostre salutis . . . in malorum liberacione etc. etc. Amen.»

Auctor paulo ante finem nominatur p. 136: „Et sic dei misericordia finite sunt questiones oracionis dominice collecte (?) per magistrum Johannem de Muntzingen.“

De auctore cf. Fabritius II, 88.

P. 137—140. [Altera manu: *Johannis Molitor historia vite Christi.*] «Sciendum est quod secundum Remigium et Berandum (!) . . . textu

Evangeliorum etc. Et sic est finis in dei nomine huius visibilis demonstracionis per me Johannem abbatem monasterii in Beinwilr anno etc. LXIIII.»

Johannes Müller vel Molitor fuit abbas Beinwilensis 1462—1485. Mülinen, Helv. sacra, I, 70. — Multos libros scripsit teste P. Anselmo Dietler in epistula data ad P. Gallum Morel 10. Julii 1850. Cf. Leu, Lexicon 3, 21.

---

226. (4. Nr. 88.) **Magistri Pauli opus confessionis.**

S. XIV. Membr. 214 × 149. 288 pagg. Primum folium vacuum non numeratur. 1—XI sexterniones. XII[us] quinternio et duo folia ultima addiditia. — Binæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio rubeo obductæ.

P. 1—33: «*Incipit opus confessionis compilata a magistro Paulo.* Nota quod confessio est utilis ad septem . . . superfluum vel diminutum. Explicit summa de confessione a magistro Paulo sancti Nicolai predicatore conpilata. Finit.»

P. 33: [*Quædam sententiæ morales.*] *Notabile.* Nota quod tribus modis dyabolus . . . *Memorie dignum.* Nota quod IIII sunt . . . *Nota cum omni diligentia.* Nota quod tribus de causis . . .

P. 34—200: «*Item alia summa de confessione et penitentia.* Cum miserationes domini sunt super . . . ex illis seminibus habuerint. Explicit.»

Idem opus in codice **216.** p. 1—118.

P. 200—284: «*Incipit summa conpilata a magistro Johanne de Deo.* Incipit liber penitentialium ad honorem . . . benedictus in secula seculorum. Amen. Explicit liber septimus a magistro Johanne de deo conpilatus.»

Dividitur in VII libros. De auctore cf. Fabricius I, 437. — K. Lex. 2, 218. 6, 1688. — Schulte Gesch. d. Q. u. Lit. d. K. R. II, 94.

F. 285 vacat. F. 286 [altera manu s. XIV *Dicta sapientum ethnicorum*]: «Clyo. Fortuna ut medicus ignarus . . . ne negligas negotium.»

---

227. (Fol. Nr. 94.) **Varia. Hemmerli, tradit. Vocabularius etc.** [In schedula membranea in operculo anteriore.] **Tractatus de supersticionibus. Declaracio fraternitatis ecclesie Constanciensis. Tractatus de interdicto.**

S. XV. Charta. 304 × 205. 228 pagg. — Tabulæ ligneæ partim corio rubeo obductæ.

I. P. 1—2. 50. Binæ col. [*Fragmentum textus theologici cum apparatu.*] Desunt litteræ initiales.

II. P. 3—49. *Nic. Gawer, de superstitionibus.* Binæ columnæ sine signatura.

P. 3—49: «*Tractatus de superstitionibus magistri Nycolai Gawer sacre pagine doctoris.* Quoniam lumbi mei impleti sunt . . . presump-

tione divine voluntatis etc. Explicit tractatus Magistri Nycolai Gawer sacre theoloie professoris super superstitionibus etc.»

De auctore nullibi vestigium.

III. P. 51—74: [*Felicis Hämmerli tractatus contra validos mendicantes sive Lollhardos ex latino translatus per Nicolaum de Wyle. Mutilus in fine.*] «*Salutacio.* Dem hochwirdigen in gott vatter vnd herren hern Hainrichen von gottes vnd des bäpschlichen stuoles gnaden bischoves zuo costencz . . . Das Gemuot ist mer.» Desunt circa 5 folia.

Translatio IX^a. Ed. in Biblioth. d. literar. ver. Publik. 57. (Stuttgart 1861) p. 159—186. — Cf. Pertz, Archiv 8, 740. — Fiala, Urkundio I, 437 not. — Bächtold, Gesch. d. deutsch. Lit. in d. Schweiz. Anmerkg. p. 54.

IV. F. 75—128. Remanent vestigia numerorum sexternorum 4^tus, 5^tus etc.

[*Declarationes confraternitatis ecclesiæ Constantiensis.*] «Existentibus in ecclesia Constantiensi duobus confraternitatibus quarum una confraternitas antiqua . . . et nunc XLVIII.» In fine additur altera manu nota in cuius margine: «Ego Hainricus decretorum doctor, canonicus Constantiensis . . . . manu propria subscripsi.»

V. P. 129—170. *Pharetra fidei* catholice. Binæ columnæ. P. 149—152 in margine partim excisæ. Folia antiqua manu numerantur 1—24 sed inter 20 et 24 tria folia excisa.

P. 129—164: «In disputacione contra Judeos . . . magistro ordinis nostri de epistola Danielis Judei etc. Explicit.»

P. 165—168 [Altera manu:] «*Determinacio Reverendissimi Patris in Christo domini Petri Cardinalis Cameracensis de fornicationibus.* Imitatores mei estote sicut . . . simul et triticum etc. Hec dominus Cameracensis super Evangelio: Designavit dominus LXXII. etc.»

Auctor est Petrus de Alliaco (d'Ailly) (1350—1420) de quo cf. Fabricius III, 225—227. — K. Lex. I, 369—373. — Du Pin, Bibliothèque 12, 63—66. Non videtur edit. iste tractatus.

F. 169—170 vacat.

VI. F. 171—204. *De interdicto.* In margine inferiore paginæ numerantur antiqua manu 1—17. Binæ columnæ.

P. 171—179: «De modo servandi interdictum memoriale quoddam simplicibus colligendo . . . peccatum veniat in mortale. Explicit tractatus de ecclesiastico interdicto.»

Similis tractatus videtur esse in Bibliotheca Altovadensi. Cf. Xenia Bernardina. Pars II. T. II p. 206. Nr. 115, 4.

P. 179—180: «Interdictum est pena que ea que . . . ad tempus XXXII dicitur nullus et c. se etc.»

P. 180—204: «*Hec egregii doctoris Johannis Caldrini Bononiensis de interdicto.* Ecclesiasticum interdictum vel . . . hominis non loci poterit.»

Cetera excisa. Inter p. 184 et 185 dimidium folium insertum in quo altera manus varia addidit sicut et p. 185 et 204.

Joh. Caldrinus vel Calderini, circa annum 1350 edidit cum Casparo Caldrini consilia super Decretales cuius operis editio inter Incunabula nostra Nr. 200. 2. Venetiis 1497. Ibi p. 78 De excommunicatione. — Cf. Fabricius I, 297.

VII. P. 205—227: [*Vocabularius latino-germanicus secundum ordinem rerum.*] «Mundus welt. Macrocosmus merwelt . . . clepsedra trachter. Deo gratias. Finitum est sexta feria ante Thome apostoli. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.»

P. 228 vacat.

---

228. Varia theologica.

S. XV. (1445. 1452. 1460.) Charta. 286×208. 81 folia (recte 82, quia 59 bis numeratur.) — Binæ columnæ. — F. 52 superest signum quaternionis: 5tus. — Ligatura moderna.

Fuit quondam pars codicis cuius prima pars erat Nr. **225**, altera habetur in codice **229**. Supersunt vestigia numerorum pp. 141—303, quibus olim signatæ erant, nunc autem pene excisa. Cf. cod. **229**. Scriptor libri est Johannes Molitor, abbas Beinwilensis, de quo vide cod. **225**, 140.

F. 1—21: «*Incipit devotus sermo de passione domini ex diversis sanctorum dictis conpilatus.* Per proprium sanguinem introivit . . . nobis in cruce passo. Finitus est sermo ille de venerabili passione Christi per fratrem Johannem Mollitoris proxima feria sexta post festum sancte Trinitatis habenti tunc moram in Gravenried anno etc. LXo.»

F. 21'—22' vacant.

F. 23—30. [*Informationes indulgentiarum.*] «Quorum remiseritis peccata . . . dico quod non oportet. Explicit. Et ita finiunt bone informaciones indulgenciarum fratris Johannis Mollitor, eodem tempore habens moram in Trachselwald anno etc 52 sexta post festum Eukaristie.»

F. 30' vacat.

F. 31—41: [*Variæ quæstiones de immaculata conceptione etc.*] «Utrum virgo benedicta, mater inviolata fuerit in peccato originali . . .»

F. 33: *De festo concepcionis Marie.*

F. 35: «Et sic finiunt due conclusiones collecte per magistrum *Muentzinger* ad laudem et honorem gloriosissime virginis Marie matris domini nostri Jesu Christi. *Decretum sacri Basiliensis concilii quod beata et gloriosissima* virgo Maria . . . Sacrosancta generalis synodus . . . VII Kalendis Octobris anno a nativitate domini MCCCCXXXIX in sessione publica.»

F. 37. «*Excerptum de disputacione Wienensi super nativitate virginis.*»

F. 41'—44': «*Exposicio oracionis dominice.* Incipit brevis tractatulus per modum didascolici pro novellis clericulis . . . Partes dominice oracionis quod sunt? Novem . . . presentibus et futuris. Amen.»

F. 45—46' vacat.

F. 47—47': «*Sermo bonus ad clerum.* Vos estis genus electum . . . dignetur. Qui cum patre etc.» Sequntur de vita et honestate clericorum variæ sententiæ S. Augustini, Hieronymi etc.

F. 48—56': [*Alberti de Diessen, stella clericorum.*] «Quasi stella matutina in . . . acquirunt eternam damnacionem etc. Explicit expliciunt etc. Finitus est tractatus iste qui nuncupatur stella clericorum sub anno domini millesimo CCCCXLV° per fratrem Johannem Mollitor ordinis S. Benedicti proxima die post festum S. Jacobi apostoli habenti tunc temporis moram in Kuenitz.»

Idem opus in bibl. monast. ss. Ulrici et Afræ apud Braun, Notit. codd. VI. p. 115. nr. 91. scriptum 1447. — Extat editio s. l. e. a. Seemiller I, p. 161. nr. 136. Alterum opus eiusdem auctoris supra **215.**

F. 56'—66: [*Speculum Christi.*] «Fundamentum aliud nemo . . . gloria cum patre et . . . seculorum. Amen. Explicit speculum Christi completum et finitum per fratrem Johannem Molitor in Kuenitz presenti (?) sub anno domini MCCCCXLV° ipsa die proxima post Laurencii etc.»

F. 66'—73: «*Incipiunt quam plura miracula de Sanctis et specialiter de beata virgine. Primo de quodam mercatore qui dedit ymaginem beate virginis fideiussorem pro se cuidam Judeo ut sequitur etc.* Constantinopolim erat . . . Qui admirans dixit ei: Nonne.»

Abrumpitur in fine relicto spatio vacuo. 28 miracula numeravi, fere eadem quæ in collectionibus eiusdem farraginis passim inveniuntur; conf. cod. **670,** exepto forsan Nr. 7 fol. 68':

«*Quomodo beata virgo beato Leoni pape manum quam sibimet amputavit restituit miraculose.*»

F. 73'—74' vacat.

F. 75—78': [*S. Bonaventura de corpore Christi.*] «Ad honorem gloriose et individue trinitatis et excellentissimi sacramenti . . . gracie eius. Quod ipse tibi et michi prestare dignetur. Amen. Explicit devotus tractatus de corporis Christi perceptione.»

Ed. Roman. VII, 71—75. — Idem in cod. **214,** 76'—79.

F. 79—80': [*De mundo.*] «In principio creavit deus celum, scilicet empireum et angelicam naturam . . . necesse est ut noceat.»

F. 81 vacat.

---

229. Varia theologica.

S. XV. (1453. 1457.) Charta. 286 × 208. 107 folia (recte 108 quia 39 bis numeratur.) F. 1—50 unica columna, deinceps binæ. — Quaterniones non signautur. — Ligatura moderna.

Fuit olim coniunctus codici qui nunc est signatus **228,** complectens paginas 304—519, uti adhuc videre est. Scriptor est Joh. Molitor ut cod. **225** et **227.** F. 73 littera initialis A pulchre depicta.

F. 1—6': [*Index capitum fol. 7—50.*] «*Incipit tractatus de septem sacramentis et compendium iuristarum et primo de sacramento baptismatis.*»

F. 7—30: [*De VII sacramentis.*] «*Nota auctoritates excerpte ex speculo dictorum Alberthi canonici regularis in Diessen.* Ignorancia est error . . . totum cubiculum. Hec dicta breviter de septem sacramentis sufficiant.»

De Alberto de Diessen cf. Cod. **215**, 238 et **228**, 48.

F. 30—50': [*Varia excerpta.*] «*De symonia et quid sit. Capitulum.* Queritur quid sit . . . de sententiis excommunicationis. Nuper etc. Et sic in dei nomine finiunt quamplures regule iuristarum compillate et edite ex iure canonico anno domini etc LVII sabbatho post Jubilate in Drachselwald hora nona vel quasi etc.»

F. 51 vacat.

F. 52—62. [*Sermones VI varii argumenti.*] «*Sermo de penitencia bonus.* Memor esto vnde . . . et misericors dominus. Amen. Et sic est finis huius sermonis.»

F. 62' vacat.

F. 63—69: [*Questiones IV theologicæ.*] «Ecce veniet etc. Verba proposita . . . adventu scilicet in carne. Amen.»

F. 69—69': [*Varii textus s. scripturæ.*]

F. 70—72' vacua.

F. 73—86': [*Joh. Müntzinger de anima.*] «Anima est quedam forma . . . est indivisibilis. Et sic dei misericordia finitur tractatus de anima collectus per magistrum Johannem Müntzinger, pro quo laudetur deus.»

De auctore cf. cod. **49**, 225, 228 etc.

F. 87—97: [*Sermo de annuntiatione B. V. Mariæ.*] «Missus est angelus Gabriel a deo . . . vivit et regnat. Amen. Et sic in dei nomine finitur sermo devotus de annunciacione beate virginis anno domini MCCCCLIII° ipsa die assumpcionis beate virginis eius octave in Trachselwald.»

F. 97'—98': «*Alius sermo de annunciacione et bonus.* Missus est . . . verbum tuum. Amen.»

F. 99—107': «*Extra de penitenciis et remissionibus. Innocencius III.* Omnis utriusque . . . questione 7ma adulteri etc.»

---

230. (Fol. 230.) **Disputationes quædam scolasticæ uf pergament geschriben.**

S. XIII. Membr. 177×255. 234 pp. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1 vacat. P. 2—234: «*Qui producit ventos de thesauris suis* . . . Dominus ille magnus qui imperat ventis . . . ad vitam eternam.»

---

231. (Fol. Nr. 209.) **Gregor Vogt, (von dem Endtchrist.)**

S. XVI. (1570—73.) Charta. Folio. 62 pp. (recte 64 quia primum folium non numeratur, accedunt initio et fine singula folia vacua. — Involucrum membraneum rubrum.

«Von dem Endtchrist. Zwen Tractät wider die Evangelischenn, nemlich das der Bapst nitt seige der Endtchrist. Durch Gregorium Vogt zuosamen gelasen, dotzemol Kilcherr zu Zug, in der loblichen

Eidgenoschafft, sust genempt Gregorius Hegemonius, Pedioneus, Rethus Anno Domini 1570.»

P. 61: «Authoris ipsius manus. Dises opusculum hat wol ich Gregorius Vogtt selbs gemacht. Aber . . . hab ich erbetten den Ehrwürdigen wolgelerten Herrn Herrn Mathiam Dettikofer dozmal Kaplan allhie das er alles abschribe, vnd also alles ain ainzige vnd läsliche geschrifft wurde, welches er auch flyssig vnd treülich gethon hatt, alss er denn auch hiezuo, zuo waren urkund, sich selbs mit siner eignen hand undergeschriben hatt, wie hernach folget.»

[Altera manu:] «Ich Mathias Dettikover, unwirdiger Kaplon zu Zug thuo kundth vnd zu wuessen . . . im iar Christi 1573.»

De auctore cf. cod. **212**.

---

232. Alphabetum divini amoris etc.

S. XVI. (1507.) Charta. 4°. 94 pp. — Ligatura papyracea, antiqua.

Fol. 1 non numeratur. In eo P. Gallus Morel indicem contentorum scripsit.

P. 1—56: [*Johannis Nider*] «*Alphabetum divini amoris varios tradens modos et vias secundum diversos alphabeti ordines, quibus humana mens in deum elevatur feliciter. Incipit prohemium.* Ad honorem omnipotentis . . . director et finis etc. Amen. Explicit alphabetum divini amoris. In quo si quis legendo ac meditando diligenter se exercuerit faciliter et prompte mens eius in deum factorem suum poterit elevari, quo ipsum et clarius agnoscere et ardencius amare et dignius laudare valeat atque ita securius beatam immortalitatem pro laboris sui premio sperare.»

In fronte manus antiqua adiecit: „Johannes Gerson cancelarius parisiensis composuit." Huius tamen nomen in ipso textu aliquoties (p. 1, 12, 21) exprimitur. Editum legitur inter opera Gersonis ed. 1494 [Incun. 242] aa 43. Inter opera Joh. Nider numeratur apud Fabricium 2, 393.

PP. 18—20 vacant.

P. 57—61: [*Preces ad Mariam.*] «O peccatorum venerandissima consolatrix . . . spiritus sanctus per omnia secula seculorum. Amen.»

P. 62 vacat. P. 63—73: «*De laude divina Ludolffus Carthusiensis. Capitulum LXXXV* [*vitæ Christi*] Immensa quippe tui creatoris . . . visionem feliciter perducas. Amen.»

Edit. Paris. 1509 [Inc. 558] Pars II. cap. 85. Fol. 254'—255'.

P. 74—89: [*Eiusdem*] «*De his que passus est dominus et de laude crucis. Cap. LXVII.* Considera nunc que pro salute . . . esse consortem. Amen.»

Edit. Paris ut supra. P. II cap. 67. fol. 231—233.

P. 90—93: [*Versus leonini de passione Domini*] «*secundum Johannem.* Ad honorem nominis tui . . . custodiam milites locavit.»

Cf. Morel, Hymnen p. 330 ubi minus recte numerus codicis 252 notatur.

P. 93: «*Versus de s. cruce.* Vita reviscit, mors . . . tartara vita redit.»

P. 94: «*Rabanus de laude crucis.* O crux tu summi voto dedicata tropheo . . . Rabbanum memet clemens rogo Christi tuere pie.»

Non inveuitur in libro de laud. S. Crucis. Operum T. I. — In fine annus: 1507.

233. (4 Nr. 60.) **Anonymi opera moralia.**

S. XV. Membr. 215×150. V folia et 165 pp. (recte 164 quia 4 omittitur.) II—IV unica, V—164 binæ columnæ. Quaterni custodibus signantur, non vero numeris. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ 1601.

Litteræ initiales coloribus et auro ornatæ pp. 9, 37, 52, 62, 75, 83, 93.

F. I vacat. F. II—IV': [*Index capitum.*] «Incipiunt capitula prime partis istius operis in nomine domini. Amen. Primum quod regimen vite . . . mali vel mediocres.»

F. V—164: [Textus initium excisum cum magna littera initiali. Incipit capite secundo:] «tercio circa operationem perfectam . . . sunt maiores. Sic itaque completum sit istud opus, in quo tractatum est in summa de tribus circa que versatur tota intencio philosophie moralis, videlicet de cognicione et intencione boni et recti finis in vita et accione hominis, et de mediis, hoc est de virtutibus moralibus quibus mediantibus oportet consequi ipsum finem, et de ordinandis et dirigendis ipsis virtutibus in finem humane felicitatis. Sit ergo laus precipua et graciarum accio soli deo, cui omnis de iure debetur honor. Amen.»

P. 165 vacat.

Opus constat 12 partibus, quarum numeri in margine superiore singulorum foliorum leguntur.

234. (Fol. Nr. 138.) **Opus asceticum.**

S. XIII. Membr. 251×172. 180 pp. (recte 170, quia 100—109 bis numeratur.) Quaterni custodibus signati, non vero numerati. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

H. de Ligertia interdum maniculas apposuit.

P. 1—2: [*Index capitum.*] «I. De timore domini. II. De disciplina . . . LX. De studio legendi.»

P. 2: [*Prologus. Versus S. Columbani?*] «Quisquis amas humiles . . . formula vite. Prologus hic finit. Finis deus omnibus assit.»

Morel, Einsidl. Handschr. 250 S. Columbano attribuit.

P. 2—176: [*Variæ sententiæ asceticæ.*] «De timore domini. Inicium sapientie . . . nutritur ac pascitur.» Collectio ex S. litteris et patribus quorum nomina hinc inde adscribuntur v. gr. Augustinus, beatus Benedictus (p. 7.) Telesporus papa (p. 9) Beda (p. 63.)

P. 176: «*Hec sunt quinque classes sapientie.* Assiduitas . . . honor magistri.»

P. 176—178: [*50 Versus. Summa vitæ asceticæ carmine elegiaco.*] «Virtus est anime . . . culpis et carne solutus.»

P. 179: [*Notæ chronologicæ de origine ordinum religiosorum.*] «Anno domini XXXI cepit Christus . . . Francisco in Thuscia.»

Cf. Pertz, Archiv 8, 740.

P. 180 vacat.

---

235. (Fol. Nr. 33.) **Consuetudines monasticæ. Boëthius de trinitate.**

S. X. Membr. 257×202. 165 pp. (recte 162 quia 4—6 omittitur.) Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—41: «*De consuetudine in regularibus monasteriis omni tempore observanda.* Ne diversis cœnobiorum . . . Qua finita post.»

In fine truncum. Ed. ex hoc codice P. Odilo Ringholz in Studien u. Mitteilungen aus dem Benedictiner- u. Cistercienser-Orden. VII Jahrg. (1886) Heft 2. p. 269—292. — Cf. ibid. Heft 1, p. 71—74. — Mabillon, Analecta vett. 155. — Calmet, Diarium helveticum p. 51. — Pertz, Archiv 8, 740. — Morel, Gesch. üb. d. Schule in Einsid. 10. — Schubiger, Sängerschule St. Gallen. p. 68. — Idem. Pflege d. Kirchengesangs pp. 9—11. — Mon. Germ. SS. XII. p. 211. not. 3. — Kerker, Wilh. v. Hirschau 117. — Hirsch, Heinrich II. (Jahrbücher d. d. Gesch.) 1, 120. — Hauck, K. G. Deutschl. 3, 377.

II. P. 42—165. Maniculis H. de Ligertia abundat.

P. 42—54: *Boethius de trinitate ad Symmachum.*

Ed. Migne P. l. 64, 1247—1256.

P. 55—57: *Ejus epistula ad Johannem diaconem utrum pater et filius et Sp. s. de divinitate substantia (!) utrum predicentur.*

Ed. ib. 64, 1299—1302.

P. 57—62: *Item eiusdem quomodo substantiæ in eo quod sunt, bone sunt.*

Ed. ib. 64, 1311—1314.

P. 62—87: *Liber contra Euticen et Nestorium.*

Ed. ib. 64, 1337—1354.

P. 87—95: *Ejusdem de fide catholica.*

Ed. ib. 64, 1333—1338.

P. 96—164: [*Commentum in suprascriptos libros Boethii.*] «Investigatam diutissime quæstionem . . . approbat, commendat.»

Ed. Peiper. Lips. 1871. p. XXXXVII—XXXXVIIII.

P. 165 vacat.

Contulit et varia descripsit Dr. Herm. Hagen anno 1869 pro editione Peiper p. XIX et XLVII seqq.

Cf. Usener, Anecdoton Holderi (Bonn 1857.) 53, 56—58. — Corn. Krieg in Jahresbericht d. Görresgesellschaft 1884, p. 48 et 49. — Calmet, Diarium helveticum 51. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249. — Rose, Verz. d. l. Handschr. v. Berlin I, 42. nr. 32. — Hagen, Anecd. Helv. p. LXXV.

236. (4 Nr. 68.) **S. Benedicti regula. Gaufridus.**

S. IX; XIV. Membr. 260×175. 148 pp. cum schedula insititia 108, b. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—108, b. S. IX. *Regula S. Benedicti.* Quaterniones signati I—V.

Maniculas et facies apposuit H. de Ligertia.

P. 1—93: [*Regula S. Benedicti.*] «IN NoMiNE DOMINI INCIPIT PROLOGVS REGVLE PATRIS EXIMII et BEATISSIMI BENEDICTI. Ausculta o fili . . . protegente pervenias. Amen. Facientibus hæc regna patebunt superna. Fiat. Amen. Explicit Regula.»

Ed. Migne P. l. 66, 215—930.

P. 6—9: Capitula regulæ. Passim glossæ interlineares manu s. X interseruntur, quæ parvi momenti. Textum contulit Hugo Menardus congregationis S. Mauri, ut refert Ziegelbauer Hist. lit. III, p. 8. Denuo usus est hoc codice P. Edm. Schmidt pro suo editione anno 1880 Ratisbonæ. Cf. quæ dicit p. XIV: „In ipso textu præcepta grammaticæ magis quam alii servat." Novissime codice usus est P. Fridolinus Segmüller Einsidlensis pro sua editione 1895.

P. 93—108, b: [*Martyrologium.*] «Incipit marthyrumlogium anni circuli. VIII Kal. Jan. Betleem Nativitas . . . Zefori. Simplicii episcopi.»

Hoc martyrologium antiquissimum variis manibus scriptum præpostere ligatum est. P. 93—96 eadem manus quæ regulam s. Benedicti scripsit etiam martyrologium exaravit. Sequitur p. 101—108, b manus sæc. X. Reliqua p. 97—98 antiquiore manu s. IX—X supplentur. Fusius de hoc martyrologio egit v. cl. J. B. Rossi in Boll. Act. SS. Nov. II, 1, p. [XXVII]—[XXVIII]. — Cf. Hist. pol. Blätter 116, 637.

In margine manus posterior s. X. vel XI notas necrologicas adiecit, quas edidit Baumann, Mon. Germ. hist. Necrologia Germ. I, 359—361.

Cf. ib. p. 358. Nominantur p. 102 Herimannus abbas [Einsidl. † 1065] p. 94 Burchard abbas [Murensis I † 1073] p. 105, III Id. Julii Reginboldus presbyter monachus et frater qui obiit 15. Julii 1055. Cf. Kiem, Gesch. d. Benedict. Abtei Muri-Gries I, 23. 29. 30. — Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 248.

P. 108, b, versa, manus satis rudis s. X tum signa tum verba numerorum exprimere conata est.

P. 98—99 [manu s. IX—X:] «*Incipit Breviarium Apostolorum* ex nomine vel locis ubi predicaverunt vel obiti sunt. Simon qui interpretatur . . . evuangelii predicatio in Judea.»

Editum D'Acherii Spicilegium II, 25—26 ed. novæ. — Martène, Thesaur. Anecdot. III, 1549—1550. — Gerbert, Monum. Vet. Liturg. alem. 1, 453—454.

Sæpe in codd. v. g. Bernensi 289 s. IX. Halm, Handschr. d. K. V. p. 25. — Berolinensi lat. Phillipici 105. Rose. I, p. 222. — Engelberg. 44. Gottwald, 77. — Paris. M. S lat. 12048. Delisle, Cabinet III, 221. — Rhenaugiensis, nunc Thuricensis, ex quo ed. Gerbertus cuius imago prostat apud Mahrzoll et Schneller, Liturgia sacra IV, 761.

P. 100. [manu s. IX uel X *Hymni*:] «*Ymnum in dedicatione ecclesie.* Ecce te Christe, tibi cara semper . . . sidera clament.»

Ed. Migne P. l. 86, 913—914. Cf. Chevalier, Repert. hymn. 5192.

«*Item alius hymnus.* Christe cunctorum dominator alme . . . omne per æuum.»

Ed. Migne P. lat. 17, 1218; 151, 969—970. Daniel 1, 107. — Cf. Morel, Hymnen p 64. — Chevalier l. c. 2854.

II. P. 109—148. S. XIII—XIV. Quaterniones non signantur. [*Galfridi de Vinosalvo Yronia vel Henrici de Würzburg carmen de statu romanæ curiæ*:] «Pastor apostolicus de cardine nobis ad undas . . . hunc peregrina domus.»

Edidit ex hoc codice Mabillon, Analecta 369—376. — De auctore cf. Fabritius 3, 14. Hugo a Trimberg in registro multorum auctorum v. 795—806 opus hoc tribuit *Henrico de Würzburg*. Wien. Sitzgsber. phil. Kl. 116 (1888) p. 153 et 183.

Alii codices prostant Berolini olim Phillipicus 193. Rose l. c. I, 432. — Lipsiæ XLII. Naumann p. 15 et 561. — Modenæ. — Metensis 516. Cat. Bibl. d. Dépt. V, 192. — Vindobonæ 2401, 2. (Tabb. II, 68.) 3219, 2 (Ib. 236.) Endlicher p. 269. — Cf. Leyser, Hist. poet. 979. — Chronique d'Einsiedeln (1787) 125. — Morel, Geschichtl. üb. d. Schule v. Einsiedeln 11.

---

237. (De reformatione Ordinis S. Benedicti per Germaniam facta in concilio Constantiensi.)

S. XV. (1426.) Charta. Fol. 27 folia. — Quaterniones signati A 1—D 3. — Ligatura papyr. moderna.

F. 1—3: [*Initium reformationis per concilium abbatum anno 1417.*] «Anno Dni. 1414. III. Kal. Novembr. ipso die omnium Sanctorum nuntiatum est . . . ipsas visitationes perficiant etc.»

F. 3—5: *Constitutiones reformationis.* «Item ad ordinis reformationem . . . specialiter et rogatis.»

P. 1—5 ed. von der Hardt, Magnum Concilium Constant. I, 1100—1111.

F. 5: «*Bulla sacri generalis Constantiensis concilii super confessione electionis præsidentium generalis capituli sacri Ordinis nigrorum monachorum.* Sacrosancta et generalis sinodus . . . 12° Kal. Martii 1416.»

Ed. von der Hardt, l. c. 1095.

F. 5': «*Bulla sacri . . . super executione reformationis* . . . 8 Id. Nov. 1416.»

F. 6: «*Forma procuratorii abbatum non venientium ad capitulum generale in quo se excusant.*»

F. 6': *Modus suscipiendi visitatores.*

Ed. von der Hardt l. c. 1096—1099.

F. 7: *Forma iuramenti . . . Interrogatoria visitatorum.*

Ed. ib. 1099.

F. 8': *Bulla Martini pape super concessionis modo generalibus capitulis.* «Dum uberes vestri ordinis . . . Constant. XI Kal. Maii Pontificatus primo.»

F. 9—10: [*Salvus conductus . . . vulgariter.*] «Wir Friderich von gottes gnaden Markgraff zuo Brandenburg . . . Wir Sigmund von gottes gnaden Römischer kuenig zuo allerzit . . 1418 an Sent Anthonientag . . . vidimus darüber heissen machen zuo Constanz am wissen sunnentag 1418.»

F. 10—11': *Anno 1418 predicti abbates . . . generale capitulum celebrantes Martino V° has supplicationes porrexerunt.*

F. 11': *Decretale Innocentii III ad abbatem Sublacensem de statu monachorum nigrorum et canonicorum regularium anno 1193.*

(Sic! Sed electus est anno demum 1198.)

F. 12': *Innocentius III in concilio generali Lateranensi de reformatione sacri ordinis nigrorum monachorum.*

F. 13: *Constitutio Honorii III de reformatione s. Ordinis nigrorum monachorum facta anno 1218.* «Ea que pro religionis honestate . . .»

F. 13'—15: *Constitutio Clementis V in concilio Viennensi de reformatione s. ordinis nigrorum monachorum anno 1316.* «Ne in agro dominico, sacra . . .»

Ed. in Corp. iuris. Clementinarum Lib. III. Titulus X cap. I.

F. 15: «Expliciunt constitutiones et reformationes sacri ordinis nigrorum monachorum scil. Innocentii III, Honorii III, Benedicti XII ac sacri generalis Constant. concilii prout legenti cuilibet patebit. Que sufficienter scripta et completa sunt procurante Dno. Uolrico de Roden abbate huius loci, temporibus sanctissimi patris dni. Martini pape V Romani pontificis, Anshelmi electi et confirmati de Nemingen Augis (?) licet adversarium, scil. Fridricum de Graffneck abbatem Saxerdinensem (?) ordinis s. Benedicti substituti (?) Et Sigismundi, Romanorum, Ungarie, Cromacie, Dalmacie, ceterorumque rege anno Dni. 1418 Indictione VII.»

Jlricus III nob. de Roden fuit abbas in Neresheim annis 1405—1423. Ans. Lang, Kurze Gesch. d. Kl. Neresheim, Nördl. 1839 p. 110.

«Anno Dni 1418 Dns. Episcopus Herbipolensis intendens statum clericorum sue ecclesie restitutum dixit eundem statum reformandum in omni statu, specialius cum religiosos sub hac forma subscripta.»

«Insuper De religiosorum reformatione ex officio debito oculorum aciem dirigimus, precipimus et mandamus omnibus . . . iustum fuerit, procedemus.»

F. 15': *Explicit reformatio nigrorum monachorum per diœcesim Herbipolensem anno 1419 per episcopum ibidem facta.*

F. 15'—18: *Questiones de substantialibus omnium religiosorum professorum scil (?) [sive (?)] de proprietate et obedientia excepte a iure et canone reverendum magistrum Ruodolffum Spitzlin decretorum doctorem ac canonicum Constantiensem.*

F. 19—27: *Quedam ceremonie vite monastice edite per fratrem Nicolaum de Austria, Priorem monasterii S. Anne, monachum professum sacri loci Specus S. Benedicti. In anno Dni. 1419 sub dno. Uolrico abbate huius monasterii Merenschon [Neresheim?] sic inscripte temporibus Martini pape quinti et Sigismundi Romanorum Ungarie etc.*

«In nomine sancte et individue trinitatis. Hic inferius ponuntur quedam cerimonie vite monastice conpendiose ex regulari beatissimi patris nostri Benedicti atque ex regulari observantie sanctorumque (?)

in sacro specu eiusdem sanctissimi patris hodie pranclicantur (!) collecte. *Incipit prologus.* Quoniam beatissimi patris nostri Benedicti . . . indulge. Per Christum dominum nostrum. Amen. Laus Deo et sanctis eius. Explicit reformatio ordinis per me Gregorium de Prawnowa (?) Diocesis Pataviensis, anno Dni. MCCCCXXVI finitus in 4ª feria proxima ante festum S. Galli, quando pulsabantur prime. 5to Idus Novembris.»

F. 1—2 notas in margine apposuit P. Joachimus Müller Einsidlensis († 1574).

Usus est hoc codice P. Mauritius Hohenbaum van der Meer Rhenoviensis in sua historia congregationum Ordinis S. Benedicti. — Cf. von der Hardt. l. c. 4, 607. — Kiem, Geschichte d. Kl. Muri I, 260.

---

238. (Fol. Nr. 108.) **Bernardi abbatis Casinensis in regulam S. Benedicti.**

S. XVII (1612.) Charta. Fol. 671 pp. (recte 674 quia 196 bis, 320 ter numerantur.) V manus. Quaterniones signantur litteris maiusculis. — Ligatura papyracea corio suillo obducta.

«*Commentaria D. Bernardi abbatis* Cassinensis in regulam S. P. N. Benedicti ex antiquo manuscripto codice descripta anno M. D. C. XII.»

P. 1—537: «Legitur in proverbiis: Doctrina prudentum . . . perveniamus æternam. Amen. Explicit explicatio seu expositio regulæ beati Benedicti secundum Bernhardum Venerabilem Abbatem Monasterii Cassinensis per F. Lucam in Monasterio Schutterensi Professum sub anno Incarnationis Domini scripta MCCCXCVI Feria IV post Conceptionis Gloriosæ Virginis Mariæ. — Reverendissimi et Illustrissimi Principis ac Domini D. Augustini I. huius nominis. Almi Deiparæ Virginis Monasterii Heremitarum Abbatis dignissimi et iussu ac sumptu Transscriptio hæc præsens ab antiqui M. S. codicis originali authentico facta Anno Domini 1612.»

Auctor Bernardus Ayglerius, Gallus anno 1263 abbas Casinensis ac deinde Cardinalis † 1282. Cf. Fabr. Bibl. 1, 202. Ziegelbauer l. c. 1, 68; 3, 172—175; 4, 143. Idem opus in codd. S. Galli 921 et 922. Cf. Scherrer, Verz. 346.

P. 538—568: «*Charitatem pacemque Abbatis cum Fratribus conciliantia, per Bernhardum venerabilem abbatem monasterii Cassinensis.* Qualiter abbas se habere . . . Deus per benedictus. Amen.»

P. 568—588: «*Speculum Ecclesiæ de numero, ordine et significatione Sacerdotalium vestium.* [XXIII capita.] Dicit Apostolus ad . . . et sic finiuntur. Amen.»

P. 589—597 vacat.

P. 598—664: [*Speculum monachorum D. Bernardi Cassinensis.* Tres partes.] «Opusculi de statione monachorum proveniunt. Quandoquidem Deo displiceat infidelis . . . animadvertunt omnia. Explicit. Benedictus Deus qui incepit et complevit. Amen.»

P. 605—671 vacant.

---

239. Opus Frowini Abbatis MS. (De laude liberi arbitrii.)
S. XVII. (1645.) Charta. Fol. 1256 pp. — Ligatura coriacea.

P. 1—2: «Prooemium venerabilis patris B. Froini Abbatis Engelbergensis Ordinis S. P. N. Benedicti in Helvetia, super septem libros suos de libero arbitrio. Desiderio tuo frater Adelberte . . . fecit Dei charitas.»

P. 2—13: Capitula Lib. I—VII.

P. 2—13: Capitula Ll. I—VII. Prooemium et Capitula edidit Mabillon, Annal. O. S. Bened. VI, 627—663. Denuo Migne. P. l. 179, 1801—1812.

P. 14—1256: «Quid sit liberum arbitrium et quod tribus modus accipitur voluntas. Liberum arbitrium igitur . . . potuit inveniri lenatio. Explicit liber septimus et ultimus Frowini abbatis de Monte Angelorum, De laude liberi arbitrii feliciter. Anno circiter 1177 dictatus sed descriptus ut infra 1645.»

P. 13: [nomen et tempus scriptoris] „Accinuit Marianus“ [Wolfgangus Roth monachus Engelbergensis.] 1645.“ Est copia originalis membranacei s. XII quod anno 1880 Basilius abbas Einsidlensis Engelbergensibus tradidit, cuius loco præsens volumen redditum est, ut legitur folio primo.

Operculo anteriori agglutinata est schedula pergamena manu H. de Ligertia: „Iste liber est monasteri montis Angelorum, præstitus domno H. de Ligertz, thezaurario monast rii Heremitarum. Et pro memoriali habetur ibidem Biblia Beate Marie.“

De codice originali eiusque fatis cf. Mabillon l. c. 209. — P. B. Gottwald, Catal. 79—80. — Kathol. Schweizerblätter. N. F. I, (1885) p. 20—23; II. (1886) 134—141; 391—394; III, (1887) 60—61. — Mabillon, Iter germanicum 30. — Gerbert, Iter alemanicum 76—77. — Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge 3, 56. — Ziegelbauer, Hist. rei lit. O. S. B. I, 58—59. 585. II, 81—82; IV, 152. — Hartmann, Annales Heremi 189. — Pertz, Archiv, 8, 740. Neu. Archiv 12, 238. — Verhandlungen d. schweiz. naturf. Gesellschaft (Einsied. 1868.) p. 7. — (Liebenau) Engelberg, ein Versuch 239. — Idem, d. Winkelriede 42. — Geschichtsfr. 8, 117. — Nüscheler, Gesch. d. Schweizerlandes I, 233. — Neugart, Episcopatus Constant. 2, 165—166. — Garampi, Viaggio in Germania, ed. Palmieri. (Roma 1889.) p. 43. — Sinner, Rapport (Paris 1846.) 9—10. — Leben u. Wirken d. hl. Meinrad 173. — Landolt, Iust. Kathol. Bewegung 15. (Würzburg 1879.) 221. — P. Gallus Morel, Pilger II (1842) 65, 205; 349, 357; III (1843) 199, 286. — Idem, Gesch. d. Schule v. Einsiedeln (Progr. 1855.) 13.

---

240. (Num. I.) **Frowinus in orationem dominicam.**
S. XII. Membr. 215×161. 468 paginæ; praeterea schedulæ addititiæ inseruntur post pp. 240 et 332. Primum et ultimum folium vacuum non numerantur. — Quaterniones signati I—[XXVI.] — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Scissuræ pergameni magna arte filis sericis varii coloris consutæ sunt.

Codicem olim numerum 319 habuisse patet ex Sinnero et Libenau supra adductis.

P. 1 [litteris prolongatis:] «*Incipit prologus Frowini abbatis in monte angelorum in explanationem dominice orationis que est Pater noster.*

P. 2: [*Prologus*] «Quamvis sim labilis memoriæ . . . captu meo operam dabo.»

Ed. Mabillon, Annales O. S. B. 6, 657—658.

P. 2—467: «Nemo nescit homo deum . . . voluminis placet hic facere finem. Explicit liber explanationis Frowini abbatis in monte Angelorum de dominica oratione que est Pater noster. Feliciter.»

P. 1: [quattuor versus]: «Vive precor Berhtolth . . . gratus ut accipias.»

P. 468: Itidem 4 versus: «Hoc precor, hoc hortor . . . nam studuit fieri.»

Cf. quæ ad. Nr. **239** dicta sunt. — Kopp, Geschichtsblätter 1, 150. — Kath. Schweizerblätter I. (1859.) 52—65. — Leben d. hl. Meinrad p. 174.

Plura verbotenus transsumpta sunt ex opere „De libero arbitrio" vel vicissim ex isto in illud translata.

Apographum descriptum anno 1647 per P. Marianum Rot, monachum Engelbergensem existit in bibliotheca Engelbergensi sub Nr. 357. Gottwald p. 244.

---

241. (N. XIV.) **S. Bonaventuræ Psalterium B. V. Mariæ. Variæ preces.**

S. XVII. Membr. 189×147. Unum folium vacuum. 227 pp. (revera 228 quia 6 bis numeratur.) — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ 1601.

P. 1—125: «Psalterium per Seraphicum Doctorem Sanctum *Bonaventuram*, in honorem Beatæ Mariæ Virginis compilatum. Beatus vir qui diligit nomen tuum Maria . . .»

In margine variæ figuræ et emblemata penna adumbrata sunt. P. 3 lilium cum inscriptione: F JOS. Fortasse nomen scriptoris?

Non est opus genuinum S. Bonaventuræ. Cf. F. a Fanna, Ratio p. 32. Ed. inter eius opera (Romæ 1596) 6, 502—517.

P. 126—127. Litania: «Maria super omnes . . . Ora.»

P. 128—194: Orationes de S^mo^. Sacramento.

P. 195 vacat. P. 196—218: Antiphone versus et orationes de S. Michaële, proprio Angelo, Johanne Baptista, Petro et Paulo, Andrea, Johanne Evang. Jacobo, Mathia, Innocentibus, Stephano, Laurentio, Sebastiano, Georgio, Patronis nri Monasterii (Justi, Meginradi, Mauritii, Sigismundi), Benedicto, Bernhardo, Dominico, Anthonio, Martino, Nicolao, Catharina, Barbara, Ursula, Agnethe, Agatha, Dorothea, Apolonia, Anna, Elisabeta, Maria Magdalena, omnibus sanctis (alia manu:) Cæcilia. Singuli sancti ad marginem non sine arte calamo adumbrantur.

P. 218—226: Paraphrasis poëtica «Salve Regina» per singula verba. «Salve Regina virginum . . .»

Ed. inter opera S. Bonav. l. c. 6, 489—490.

P. 227: «De S. Francisco Antiphona. Celorum candor splenduit . . .» cum versu et oratione.

Patet librum pro monasterio nostro scriptum ex oratione de patronis addita figura S. Meginradi.

---

242. (4. Nr. 96.) **Lavacrum Conscientiæ.**

S. XV. (1468.) Charta. 220×160. 100 folia. (I—III manu recentiore, 1—98 manu antiqua signata, sed 88 omissa.) Sexterni signantur 1—8 in prima pagina. — Ligatura moderna papyracea.

F. III: «*Liber iste intitulatur lavacrum consciencie omnium sacerdotum.* Rogo omnes in hoc libro legentes ut ob misericordiam dei et animarum suarum salutem ab incepto non desistant donec ad finem ipsius perveniant. Ut omnia in eo contenta diligentissime cordi suo imprimunt (!) et devote conservent. Nunc secuntur capitula. De ornamentis duplicibus sacerdotum. folio 2º . . . per ebdomadam 73.»

F. III'—1: «*Sequuntur exempla bona et pulchra in hoc libro contenta. Primum scribit Rabanus.* De duobus plebanis . . . austeram vitam duxit.»

F. 1—97': «*Incipit prefatio sive* prologus huius libri. Lavamini, mundi estote. Ysay 1º. Ex quo nos sacerdotes . . . de quinto gladio. Explicit. Has igitur contemplaciones, O amantissime germane, scripsi tibi secundum desiderium tuum ex fraterna fraternitate et caritate. Ut memor sis quando has cum lacrimis contemplaveris. Ut cum jocunditate in celesti Jerusalem mutuo nos conspiciamus amore. Scriptum per me Jodocum Thuon pro tunc prebendatum in ecclesia in Büllach Anno Domini MCCCCLXVIII in vigilia Ephyphanie de quo laudetur omnipotens deus et Beata Maria. Amen.»

Opusculum anonymum sæpius sæc. XV editum. Hain 9956—9963. Inter Incunabula nostra Nr. 42, 3; 47, 2; 840.

F. 98 vacat.

F. I—II' et 98 varia notata ex s. litteris, patribus et doctoribus, tum soluta oratione, tum ligata, v. gr. sententiæ de imitat. Christi L. I. In fine: „In extremo iudicio. Iudicabit iudices iudex generalis . . . iudex actor et testis."

Cf. Chevalier, Repert. hymnol. 9874.

---

243. (4 Nr. 33.) **Anonimi conclusiones breves theologicæ. Item tractatus de Rethorica. Regula epistolandi. K. 17.**

S. XV. Charta. 4º. 348 pp. — Ligatura s. XVI.

P. 3—266: «*Incipiunt questiones breves super sententias.* Queritur utrum theologia sit sciencia . . . disponente qui est benedictus in secula. Amen.»

P. 267—272 [altera manu: *Conditiones iudicii novissimi.*] «Secundum legem debet mori . . . tractaverunt manus nostre.»

P. 273—286 vacant

P. 287—347 [alia manu: *Ars epistolandi seu Rhetorices.*] «Rogatibus quidem vestris piis . . . tempora longa. Et tantum de presenti opusculo.»

Folium primum et ultimum membranacea cum nomine possessoris. P. 1: „Ersam vnd wisen meister Joachim Muller Konventherr zu Einsiedeln.“ P. 2 fragmentum diplomatis germanici s. XV vel XVI in quo est sermo de: „Closter ze Adelhusen bi Friburg.“ Fol. ultimo legitur: „F. Joachim Muller 1578“ de quo cf. cod. **69.** Est fragmentum libri missalis manuscripti s. XV.

---

241. (4 Nr. 26.) **Augustini de Ancona super Magnificat etc.**

S. XV. Charta. 210×155. 213 (recte 212) folia a primæva manu numerata, quæ tamen folium 181 omisit. Folium 58 (vacuum) excisum. Sexterni numerantur ab initio et in fine in margine inferiore 1—19. Attamen a pag. 102—206 restant vestigia alterius signaturæ 1—10, quæ partim postea extincta sunt. — Tabulæ ligneæ corio rubro obductæ.

I. F. 1—101'. [*Varia theologica.*]

F. 1—42': «*Incipit tractatus super Magnificat editus a venerabili doctore magistro Augustino ordinis fratrum Heremitarum* sancti Augustini. Super illo verbo. Psalmus. Deus canticum . . . anime nostre perducantur. Amen. Explicit tractatus *super Magnificat* editus a venerabili doctore magistro *Augustino* ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini.»

Fabricius Bibl. lat. 1, 143: Augustinus triumphus, Anconitanus Ordinis Augustini Neapoli 1328. In canticum Deiparæ post editiones romanas recudi fecit Petrus de Alva et Astorga in Bibliotheca Mariana, Madrit. 1648. fol.

F. 43—43': [*Quæstiones*]. «Utrum canticum virginis contineat X versus propter X præcepta . . . necessarium sit diligere proximos sicut nos ipsos.»

F. 44—46: [*De plagis Aegypti.*] «De prima plaga . . . ipsos verberibus afflixerunt. Explicit etc.»

F. 46'—53: [*Propositiones Socratis, Senecæ, Platonis et Aristotlis.*] «Socrates interpretatur iusticiæ observator. De Athenis oriundus erat . . . que numquam deficit.» Pauca de vitis horum philosophorum narrantur.

F. 53'—59' vacant. F. 60—69': «*De inferno et de penis eius. 6 Articuli.* Querebant eum inter cognatos et notos. Luc. II. Quam enim vis versum istum . . . Quid profuit nobis supra.» Varia exempla historica inseruntur.

F. 69'—77: *Tractatus de virtutibus.* «Amice ascende superius . . . nunc obmutescuntur (?)»

F. 77—83': «*Tractatus de perfectione humanitatis Christi.* Gavisi sunt discipuli viso domino. Joh. . . . celestis est apertus.»

F. 83'—92': [*Sermo sive tractatus de Spiritu sancto.*] «O quam suavis est dne spiritus tuus . . . sancti amoris.»

F. 92'—94: «*De claustro anime.* Previdentes bonum non solum coram deo . . . det nobis deus.»

F. 93' quædam germanice: «Wen man fundet der lüte vil die vehtend tugend hand, aber der wenig die ruowent tugent (sic) hand.»

F. 94—95 [*Sermo*]: «Ego vos elegi de mundo etc. Joh. . . . ipsum honoramus. Amen.»

F. 95—96 [*Subscriptio*]: «Expliciunt tractati boni (!) videlicet tractatus de penis inferni et tractatus de nobilitate virtutum et tractatus de perfectione humanitatis et sermo bonus de spiritu sancto et duodecim fructibus eius et de claustro anime et sex loca quos deus elegit. Amen.»

F. 96—99': [*Tractatus de gratia.*] «Prima est quid est gratia . . . per misterium crucis. Amen.» F. 100 vacat. F. 101 manus posterior aliqua de gratia scribere tentavit tam latine quam germanice e. gr. lin. 7: «ein gnad der verainung goettlicher und menschlicher Natur.» F. 101' vacat.

II. F. 102—213': [*Honorius Augustodunensis in Canticum Canticorum.*] «Homini sapientie cum Salomone poscenti, Honorius Aug. Pacifico . . . operis gratias agamus. Explicit liber super cantica canticorum.»

Edit. Bibl. max. 20, 1153—1217. — Migne P. l. 172, 347—496.

Ab initio et in fine duo folia pergameni, quondam cum operculo conglutinata. In priore manu s. XV argumentum libri recensetur, in posteriore vero folia ubi singulorum capitum Cantici canticorum explanatio incipit. Restant insuper vestigia *nominum fratrum minorum* provinciæ Germaniæ ex definitione capituli provincialis anni 1412. Partim ed. Mone, Quellensamml. I, 222.

VIII. VITÆ SANCTORUM.

245. Vita Caroli magni. Birk.

S. XV. (1493.) Charta. Fol. 63 folia, (recte 64 quia 24 bis numeratur). Deest initium et finis, et quidem ab initio 19 folia desunt, ut patet ex eo quod manus antiqua folia signaverat. Quaternionum nulla signa. — Ligatura antiqua papyracea lacera.

P. 1—7': [Incipit abrupte *Excerptum ex annalibus Laurissensibus* de annis 795—814] . . . «venit ad locum qui dicitur Liuini, in quo predictus . . . post obitum eius summa devotione adimplere.»

Cf. Annales Laurissenses ed. Pertz, M. G. SS. 1, 180—201.

F. 7'—8: *Visio Turpini in morte Karoli.* «Hic nota quod in die obitus Karoli Turpinus aput Wiennam . . . Karolus fieri procuravit.»

F. 8: «*Quadam accidencia post mortem Karoli.* Item post obitum Karoli multis . . . villam devastat.» «*Homo fit lapis.* Quidam eciam dux . . . voluit reddere formam.» *Canonizacio Karoli magni.* Hic est Karolus imperator . . . gloria et honore.»

Edidit ex hoc codice Dr. M. Büdinger, Von den Anfängen d. Schulzwanges. Festrede, Zürich 1865. p. 37.

«*Apportacio reliquiarum Karoli in Thuregum.* Et nota quod venerabiles . . . per omnia secula seculorum.»

Ed. ex hoc codice P. Gallus Morel, N. Schweiz. Museum 5 (Basel 1865) p. 52—53 et Büdinger l. c. 29. Denuo G. Rauschen, D. Legende K. d. Gr. (Leipz. 1890.) p. 12. (Publikationen d Gesellschaft f. rhein. Geschichtsk. VII.) Ex hoc loco patet auctorem fuisse Thuricensem.

F. 8'—16': [*Excerpta ex monacho Sangallensi de Karolo magno.*] «Quoniam de nativitate vel eciam puericia . . . per omnia secula seculorum.»

Valde differt verbis et ordine ab editis apud Pertz, M. G. SS. 2, 731 et Jaffé, Bibl. 4, 631—700. F. 13'—15 inseruntur duo excursus „*De felicissima Hiltigarda uxore legittima Caroli magni*" et „*De Adalaide sororis alme Hiltigarde et fundatricis cenobii Buocho.*"

F. 16'—30: [*Vita Karoli Magni scripta s. XII sub Friderico I.*] «*De sanctitate meritorum et gloria miraculorum beati Karoli magni.* Etsi passim et varie . . . et imperium in secula seculorum. Amen. *Explicit secunda distinctio.*»

Ed. hoc usus codice G. Rauschen, l. c. 17—66. — Cf. Singer, Deutsche Volksbücher aus e. Zürcher Handschr. (Stuttg. 1889. Lit. verein 185) p. XXII seqq.

P. 30—46': [*Pseudo-Turpinus.*] «*Incipit tercia in qua invenies gesta bella hyspanyci.* Propositi nostri negotii . . . dei subveniatur ei.»

Ed. partim Rauschen l. c. 66—68. — Reuber, Vett. script. qui Cæs. et imperat. (Francof. 1584) p. 67—88. Codex insuper habet plura quæ in editione desunt, scil. f. 31—31' nomina urbium Hispaniæ, edit. in Catalog. codd. hagiogr. Paris II, 467 e codd. Paris. f. 44—46 descriptio picturæ artium liberalium, f. 46—46' factum mirabile Rotholandi. Fabr. 2, 443. Similis codex, qui etiam hæc continet extat in bibliotheca regia Dresdensi J 52. Cf. Schnorr v. Karolsfeld, Kat. 2, 30.

F. 46'—47: [*Conclusio. De Turpino etc.*] «Beatus namque Turpinus . . . se receperunt. Amen. Finis est huius libri anno [MCCCC] LXXXXIII.»

De auctore, codice etc. cf. Büdinger, l. c. 29—39. — Morel, Hymnen 249. — Rauschen, l. c. 11—12, 14—15. — Fabricius, Bibl. lat. 2, 442. — Histoire littéraire, 4, 205—216.

F. 48—53: [*Joh. Birkii, Campidonensis scholæ S. Hildegardis latinæ magistri carmen seu*] «*Tractatus de monasterio Campidonensi et eius multiplicibus privilegiis. Primum capitulum. De invocacione divini auxilii.* I. Sancta dei dextra . . . bino in lattere.»

Desinit abrupte in capite LX. Ed. Aldobrandus Gebhard apud [Michael Kuen] Collectio scriptorum rerum monastico — historico — ecclesiasticarum. (Ulmæ 1756) Tomi II. Pars I. pag. 167—190.

De auctore, qui fuit natus in Biberach, inde ab anno 1465 magister liberalium artium Campidonæ cf. Büdinger l. c. 32. — Baumann apud Birlinger, Alemannia 9, 2, 186 seqq. — Pertz, Archiv, 8, 741 ; 748. Codicem ad manus habuerunt anno 1888 G. Rauschen et Bachmann Thuricensis. In operculo anteriore manu s. XVIII: „Ex St. Gerold (Vorarlberg) Ein sidlam missus. 1788."

246. (Fol. Nr. 116.) **Vitæ Patrum.**

S. XI. Membr. 331×224. 280 pp. Primum folium vacuum non numeratur. Quaterniones I—XXXVI. — Tabulæ ligneæ, quarum una fracta, corio albo obductæ.

Litteræ initiales maiores pp. 2, 153, 331.

Henricus de Ligertia passim maniculas, vultus et ut videtur etiam notas marginales apposuit.

P. 1: [*Evagrii diaconi Prologus de vitis patrum, Rufino Aquileiensi presbytero interprete.* Initium deest, supersunt tantum 5 lineæ:] «enarrare temptabo, ut hi . . . palmam requirant. Explicit Prologus.»

Ed. Migne P. l. 21, 390.

P. 1—2: «*Incipiunt capitula de vita sanctorum patrum heremitarum. I.* De beato Johanne . . . XXIII. De Johanne monacho. Expliciunt capitula.»

P. 2—139: [*Liber I.*] «Primum igitur tamquam verum fundamentum . . . ostendit mirabilia. Ipsi gloria et honor in secula seculorum. Amen. Explicit liber primus de vita SS. Patrum.»

Edit. Rosweydi liber II. Migne P. l. 21, 391—462. In codice tamen ordine diverso et plures sancti hic non leguntur.

P. 140—152: CCVII *Capitula libri II.*

P. 153—325: *Liber II.* «Ver[e] mundum quis dubitet meritis stare . . . ex cœnobio fratre. Explicit liber secundus de vita SS. patrum.»

Desinit abrupte in medio numero CCIII. (edit. 216.)

Edit. Rosweydi lib. III. Migne P. l. 73, 739—808, B.

P. 326—330: *LXXXII Capitula libri III.*

P. 331—421: *Liber III.* «Frequenter ac sepius a me . . . luminis abstrahas claritate.»

Editionis Rosweydi lib. IV. Migne P. l. 73, 813—848. Editio habet 55 capita codex 57.

P. 421—578: [*Continuatur eadem materia*, capp. 58—258.] «Interrogatus abbas Johannes in transitu suo . . . ille autem audiens statuit apud se.»

Desinit abrupte. Pleraque, verbis paullum mutatis, hausta sunt ex libro V vitæ patrum quod inscribitur „Verba seniorum" et in editione Rosweydiana dividitur in 18 libellos. Ed. Migne P. l. 73, 855—988. Codicis capp. 78, 157, 201, 219—221, 232 in editione non inveni. Inter editiones magis concordant secunda Latina Norimbergensis anni 1478, de qua cf. Rosweydi prolegomena XIX. Migne P. l. 73, 66—69. Inter codices valde similis Berolinensis lat. Phillippicus 114. (Rose l. c. 1, 236—237.)

P. 579—580 vacant.

---

247. (Fol. Num. 59.) **Vitæ Sanctorum.**

S. XII. Membr. 300×230. 546 pp. (recte 539, quia p. 287 et 288 bis numerantur, 110—119 omittuntur.) — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1 vacat. P. 2—3: «Ex consilio Bonifacii papæ, (qui) quartus a beato Gregorio fuit. Quod liceat monachis bene sacerdotale officio ministrare. Sunt nonnulli stulti dogmatis . . . tanto potentior.»

P. 3—4: «*Ex decreto Beati Gregorii papæ.* Episcopus debet . . . decem et octo patrum.»

P. 4—8: «*Incipiunt capitula libri sequentis.* Mense Januario . . . Sennes subregulorum.»

P. 5 post passionem SS. Naboris et Felicis ab alia manu s. XII additum est: „Usque huc notatæ passiones in hoc volumine sunt scriptæ.“ Reliquæ habentur in codice **248.**

P. 8—10: «Hortaris venerabilis Augustine, ut sicut . . . quæ fuerit agnoscatur.»

Est Præfatio *Paulini* in vitam S. Ambrosii ed. in Opp. S. Ambr. ed. Bened. Paris 1690. Tom II. Append. p. II.

P. 10—22: «*Incipit Passio S. Policarpi episcopi, discipuli S. Johannis Evangelistæ.* Ecclesia Dei quæ est apud Smirnam . . . me colligat Dominus Jesus Christus in regno . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 26. Jan. II, 705—707.

P. 22—27: «*Incipit Passio S. Asclæ.* Venienti ab Hermopoli civitate . . . vicesima prima. In Christo . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 23. Jan. II, 456, 457.

P. 27—41: «*Incipit Passio SS. Dorotheæ et Theophili.* In diebus illis in provintia Capadociæ apud . . . glorificat suos sanctos cui est . . .»

Ed. stilo paululum mutato in Act. SS. Boll. 6. Febr. I, 773—776.

P. 41—51: «*Passio S. Polochronii Episcopi, Abdon et Sennes Martyr.* Orta tempestate . . . Pontiani præstante Domino . . .»

Ed. compendiatim inter Acta SS. Boll. 17. Febr. III, 5.

P. 52—69: «*Incipit passio Montani episcopi.* Et nobis est apud nos certamen . . . de nobis (nostris) aliqua discamus.»

Ed. in Act. SS. Boll. 24 Febr. III, 455—459.

P. 70—77: «*Incipit passio S. Nestoris episcopi crucifixi LVIII.* Fides nos admonet . . . dimisit spiritum.»

Ed. in Act. SS. Boll. 26 Febr. III, 628—630.

P. 77—88: «*Incipit vita' Albini episcopi [auctore Venantio Fortunato.]* Religiosorum uirorum . . . ad cœlos.»

Ed. in Act. SS. Boll. 1 Martii I, 58—60. Prologus in codice deest.

P. 88: «*Incipit prologus in Passionem Focæ episcopi.* Sanctorum singulæ passiones . . . esse reddenda. Cui gloria . . .»

P. 89—106: «*Incipit passio S. Focæ episcopi.* Admiranda itaque et stupenda . . . nominandus semper in secula. Amen.»

Inedita esse videtur vel edita forsan apud Mombritium. Cf. Acta SS. Bolland. 5 Mart. I, 366. — Cat. Codd. hag. Bruxell. p. 144. — Analecta Bolland. I, 515.

P. 106—134: «*Incipit passio Filemonis confessoris [et Arriani.]* Postquam admirabilis Aclas . . . eiusdem mensis. In Christo . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 8 Mart. I, 752—756.

P. 134—147: «*Incipit passio Pionii Martyris.* Referri oportere ac ut scripsimus imperante Domino . . .»

Ed. ex hoc codice Ruinart, Acta Mart. 140—141. (Ed. Galura I, 323.) — Acta SS. Boll. 1. Febr. I, 40—46. Ruinart l. c. 139: Quartus tandem [codex] Principalis monasterii

Einsiedlensis alias B. Mariæ de Eremo, ex quo codice ea Acta describi curavit noster Dns. Joannes Mabillonius cum in Germania aliquot abhinc annis profectus est.

P. 147—156: «*Incipit passio Theodoriti presbyteri.* Tempore bonæ memoriæ . . . participes inveniamini. In laudem et gloriam Domini . . .»

Ed. in Mabillonii Analectis veterum ed. II, 187—189: Ex codice Einsidlensi ex quo ea rogatu nostro descripsit religiosus et eruditus vir Placidus Redingus. — Ruinart, Acta Mart. 588. — Acta SS. Boll. 23 Oct. X, 40—45. Ibi p. 35 de codicibus dissert P. v. Hecke.

P. 156—163: «*Incipit Confessio S. Acatii episcopi.* Quotienscumque servorum dei . . . IIII[to] Kalendas Aprilis.»

Ed. in Act. SS. Boll. 31 Mart. III, 904.

P. 163—200: «*Incipit vita Ambrosii episcopi* [*auctore Paulino*]. Igitur posito in administratione . . . fugisse supplicium. Explicit vita S. Ambrosii episcopi.»

Ed. in Opp. S. Ambrosii ed. Benedict. T. II Append. p. II—XIV. Prologum vide supra p. 8. Ut **257**, 211.

P. 201—205: «*Passio s. Irenei* [*Hirenei cod.*] *episcopi.* Cum esset persecutio sub Diocletiano . . . Probo præside, regnante Domino . . . Explicit passio beati Hirenei presb.»

Ed. in Act. SS. Boll. 25 Mart. III, 556, 557.

P. 205—206: «*Incipit prologus in vitam Zenonis episcopi* [*auctore Coronato notario.*] In provintia Tuscia . . . hominibus et cetera.»

P. 206—211: «*Vita S. Zenonis episcopi.* Igitur ille a cunabulis . . . in Veronense urbe in sæcula sæculorum. Amen.»

Inedita esse videtur, nam differt ab editione Act. SS. Boll. 12. April II, 70, 71 et a codice Bruxell. 64. nr. 104. Conf. Codd. hagiogr. Bruxell. I, 19.

P. 211—220: *Incipit passio S. Georgii M.* «Invictus igitur Christi martyr . . . transmittuntur comburendi.»

Diversa est ab edita in Actis SS. Boll. 23 April. III, 117—122 et Biblioth. Cassinens. T. II. Florileg. p. 7—11. Inedita esse videtur. Cf. Catal. Codd. hagiogr. Bruxell. I, 148 et 204.

P. 221—227: «*Passio S. Marci evangelistæ.* Per idem tempus quo dispersi . . . Gaio et Julio, regnante autem Domino . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 25 April. III, 347—349. Ut **256**, 184.

P. 223 in margine manu s. XII additur hæc nota: Iliadas et odisseas . . . habitus. P. 225 eadem manu: Bubalus . . . . dicentes Trahe. P. 225. Item hæc nota de *apide* Aegyptiorum bove et deo: Mutata una litera apis . . . . in deserto.

P. 227—230: «*Incipit passio S. Vitalis Martyris* [*et Valeriæ coniugis*]. Sanctus Vitalis miles . . . Kalendarum Maiiarum, regnante vero Domino . . .»

Ed. in Bibl. Cassin. III. Florileg. 348—349. In fine additur: „Martyrizatus est . . . seculorum. Amen.“ sicut in cod. Bruxell. Nr. 64. Vide Catal. Codd. hagiogr. Bibl. reg. Bruxell. I, 9.

P. 230—236: «*Incipit passio S. Jacobi fratris Domini.* Igitur Judei posteaquam . . . filius Dei qui cum eodem . . . Explicit passio S. Jacobi apostoli.»

Diversa ab edita in Actis SS. Boll. 1 Maii, I, 31. Inedita?

P. 236—239: «*Incipit passio S. Philippi Apostoli.* Cum in ipsis iniciis . . . qui credunt regnum Patris et . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 1 Maii I, 11.

P. 240—246: «*Incipit passio S. Sigismundi regis.* Temporibus Tyberii senioris Augusti . . . redeant sanitatem adivuante Domino . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 1. Maii I, 86, 87. — Mon. Germ. Script. Merov. II, 333—340. Cf. ib. p. 331.

P. 246—252: «*In inventione S. Crucis.* Anno a passione Domini . . . intrare concessit. Qui vivit . . .»

In verbis discrepat paullum ab editis in Actis SS. Boll. 4. Maii I, 445—448 licet in rebus atque adiunctis congruat. In fine additur p. 252—253: „Judeus quidam . . . lapidibus obruerunt."

P. 253—271: «*Incipit passio Alexandri Papæ* [*Eventii et Theodoli.*] Quinto loco a beato Petro . . . quinto Nonas Maias. Benedictus Deus in sæcula sæculorum. Amen.»

Parum differt ab altera vita infra cod. **256,** 191.

Ed. Acta SS. Boll. 3 Maii I, 371—375. Hæc forte eadem est quæ habetur in codice Namurcensi 53. Cf. Anal. Boll. I, 506. Differt vero ab edita ex codice Bruxellensi ib. III, 218—223.

P. 272—278: «*Incipit passio S. Gordiani* [*et Epimachi*]. Temporibus Juliani impiissimi . . . hodiernum diem ad laudem et gloriam Domini . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 10 Maii II, 553.

P. 278—283: «*Incipit passio S. Pancratii.* Temporibus Valeriani et Galieni . . . Galieno imperatoribus, regnante Domino . . .»

Concordat ad verbum cum editis in Analect. Bolland. II, 289—291.

P. 283—306: «*Incipit passio Sanctorum Nerei et Achillei* [*Domitillæ, Petronillæ etc.*] Nisi studia catholicorum meruerint . . . fodiens sepelivit.»

Ed. in Act. SS. 12 Maii III, 6—13. In fine additur

P. 306—308: «*Passio S. Cesarii Diaconi.* Sanctum itaque diaconem . . . beneficia præstant in nomine Patris et . . .»

Hæc desiderantur in Actis editis l. c. p. 13.

P. 308—311: «*Incipit prologus de passione S. Gangolfi.* Commemoratio beatissimi Gangolfi . . . conabimur explicare. Explicit prologus.»

P 311—328: «*Incipit passio S. Gangolfi.* Vir itaque Domini . . . nunc et per infinita sæculorum sæcula. Amen.»

Prologus et Passio edita sunt in Actis SS. Boll. 11 Maii III, 644—648.

P. 328—338: «*Incipit passio S. Bonifacii Martyris.* Temporibus Diocletiani quater . . . coronam assumens in gloriam et laudem Dei . . .»

Ed. in Actis SS. Boll. 14 Maii III, 280—283.

P. 338—341: «*Incipit Passio sanctorum Victoris et Coronæ.* Erat sanctus Victor . . . refrigeria. Per Dominum . . .»

Multo brevius editis in Act. SS. Boll. 14 Maii III, 266—268 et Analect. Boll. II, 291—299.

P. 341—348: «*Relatio Sancti Pastoris presbyteri de titulo Sanctæ Potentianæ et Praxedis ad Timotheum presbyterum* (et apostolum.) Omnia quæ a sanctis gesta sunt . . . florent orationes sanctorum in . . .»

Edita in Biblioth. Casinens. III Florileg. 350—351. Procemium ex codice Namurcensi 53 prostat in Analect. Bolland. I, 510. Cf. infra cod. **248,** 232.

P. 348—379: «*Passio ss. Virg. Eugeniæ et Basillæ.* Septimo igitur consulatus . . . impendatur gloria patri et . . .»

Edita ab Heriberto Rosweydo, Vitæ Patrum Lib. II ed. I. Antw. 1628. p. 340—349.— Migne, P. l. 21, 1105—1122. 73, 605—621.

P. 380—391: «*Passio S. Valentis episcopi cum tribus pueris.* Numerianus imperator cum . . . Kalendas Junii, regnante vero domino . . .»

Cf. Acta SS. Boll. 21 Maii V, 7 ubi nihil de hac passione, sed certiora monumenta requiruntur. Inedita esse videtur.

P. 391—392: «*Incipit prologus in passione S. Desiderii.* Ado peccator . . . tantorum muniti carissimi. Explicit prologus.»

P. 392—404: «*Incipit passio S. Desiderii episcopi.* Desiderius Viennensis ecclesiæ . . . III Idus Februarii.»

Edita. sicut et prologus in Canisii Lect. antiqq. VI, 444—451.

P. 404—407: «*Vita venerabilis Bedæ presbyteri.* Beda iste Anglorum . . . seculum contempsit. Explicit vita venerabilis Bede presbiteri.»

Hanc vitam nullibi inveni, quæ quoad res narratas eadem est ac edita in Giles, Ven. Bedæ opera I. p. CXXVII—CXXIX.

P. 407—411: «*Passio S. Cuononis heremitæ et filii ejus.* Regnante Aurelio tyranno . . . mensis Maii regnante Domino . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 29 Maii VII, 5—10.

P. 411—418: «*Incipit Passio SS. Cantianorum.* Omnia quæ a sanctis . . . Kalendas Junii regnante domino . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 31 Maii VII, 428. In margine manu s. XII additum est: „Servus Christi Ambrosius episcopus Christum verum deum colentibus fratribus per omnem Italiam perennem salutem."

P. 418—430: «Passio *SS. Savini* episcopi et sociorum eius [*Marcelli* et *Exuperantii* diaconorum.] Regnante Maximiliano Augusto . . . palmam victoriæ cui est honor . . .»

Edita, paucis verbis omissis in Baluzii Miscellaneis, ed. Mansii I, 12—14.

P. 430: «*Incipit epistola theoini* [*Eberwini*] *Theologensis abbatis ad dominum Popponem Treverorum Archiepiscopum de vita vel obitu S. Symeonis monachi et diaconi atque confessoris gloriosi.* Domno et venerabili . . . necessario imputabitur. Explicit epistola.»

P. 431—456: Vita *S. Symeonis.* «Igitur vir Dei . . . semper bonis. Per eundem Dominum . . .»

Ed. in Act. SS. 1 Junii I, 89—95 et sæpius. Eadem vita habetur in cod. Einsidl. **323,** 83.

P. 456—464: «*Passio SS. Marcellini presbiteri et Petri exorcistæ.* Benignitas Salvatoris nostri . . . quarto Nonas Junias in pace. Amen.«

Ed. in Act. SS. 2 Junii I, 171—173. P. 464 *Damasi* epitaphium SS. Marcellini et Petri ed. Migne P. l. 13, 396—399.

P. 465—484: «*Incipit passio Bonifacii episcopi et sociorum eius:* Beatus igitur Bonifacius genere Anglus . . . coronatus migravit ad dominum cui est honor . . . Amen. Finit passio S. Bonifacii episcopi et sociorum eius.»

Verbis et sententiis differt a vita S. Bonifacii a Willibaldo composita et edita in Jafféi Monumentis et in Analectis Bollandianis I, 52. Plura adduntur ex Vita s. Willibaldi episcopi. Ratbodus dux Frisiæ eiusque successor a Karolo interfecti dicuntur. Versus finem duo miracula narrantur, quæ in editis non habentur.

P. 484—492: «*Incipit passio Patrocli martyris.* Tempore illo sub Aureliano . . . passus est pro nomine domini nostri J . . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 21 Jan. II, 343—345.

P. 493—501: «*Incipit vita S. Medardi episcopi composita a S. Fortunato.* Beatissimi Medardi antistitis . . . præstitit ornamentum in Christo . . . Amen. Explicit vita S. Medardi episcopi.»

Ed. Dachery, Spicileg. 8, 391—396. Nova ed. II, 70—71. Cf. Mabillon, Analecta vet. 20·

P. 501—511: «*Incipit passio Primi et Feliciani Martyrum.* Temporibus Diocletiani et . . . quinto Idus Junii regnante Domino . . .»

Ed. in Act. SS. Boll. 9 Junii II, 152—154.

P. 511—528: «*Incipit passio beati Barnabæ Apostoli.* Redemtor et salvator . . . collocatum est ad honorem et gloriam Domini . . .»

Edita partim p. 511—521 in Actis SS. Bollandi 11 Junii II, 423—425; partim p. 521 —528 in Biblioth. Casinens. III. Florileg. 354—357.

P. 528—537: «*Incipit passio SS. Nazarii et Celsi pueri.* Nazarius genitus est . . . Anolino iudice regnante Domino nostro . . .»

Differt ab editis in Act. SS. Boll. 28 Jul. VI, 533—534 et in Anal. Boll. II, 302 —307.

P. 537—544: «*Incipit Passio Naboris et Felicis.* Tempore quo Maximianus . . . Maximiano imperatore, regnante Domino . . . Explicit passio Naboris et Felicis.»

Paullum differt textus ab editis in Actis SS. 12 Julii tum ab una 291—292 tum ab altera 292—294 vita ibidem.

P. 544 [manu s. XII.]: «Domine Jesu Christe . . . vivos et mortuos. Explicit.»

Precatio in honorem passionis Jesu Christi.

P. 545—546 vacuæ.

Hic codex manuscriptus magnam videtur habere affinitatem tum quoad aetatem et formam, cum quoad passiones descriptas cum codice Civitatis Namurcensis Nr. 53. (Cf. Anal Boll. I, 505) sed et cum Bruxellensibus 98—100, 206 & 207 qui omnes sunt s. XII. — Sæc. XIV Heinricus de Ligerzia thesaurarius Einsidlensis codicem maniculis et hinc inde annotationibus pernotavit.

Cf. Pertz, Archiv 8, 747—749. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 244. 249. 252. 258.

248. (Fol. Nr. 58.) **Vitæ Sanctorum.**

S. XII. Membr. 300×240. 488 pp. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Est continuatio cod. **247**, ubi etiam p. 5—8 index sanctorum quorum vitæ in hoc volumine continentur.

H. de Ligertia passim maniculas et notulas appinxit.

P. 1: „Notum sit omnibus . . . Rudolfus heremitarum abbas . . . concedi impetrauit.“ Cf. Morel, Regest. Einsidl. 32. — Mone, Quellensammlg. 1, 218. — Roggenbach, Chronik d. freiherrl. Fam. v. Roggenb. (Freibg. 1888.) p. 113. — Zeitschr. F. Gesch. d. Oberrh. 36, 125.

„Notum sit omnibus . . . Bertholdus villicus de Chaltebrunnen . . . 1253“. Cf. Regesta Einsidl. Nr. 74. — Geschfr. 42, 141—142. — Pertz, Archiv 8, 741.

[Index vitarum quæ in hoc codice continentur] a manu posteriore. A manu coæva habetur in cod. **247** p. 6—8.

P. 2—14: «Incipit passio *SS. Viti Modesti et Crescentiæ*. In provintia Licia . . . dicitur Marianus. Ipso . . .»

Ed. Acta SS. Boll. 15. Jun. II, 1021—1026.

P. 14—18: «Incipit passio *SS. Nicandri et Martiani Mart*. Vidimus enim . . . Kalendas Julii, regnante . . .»

Ed. Acta SS. Boll. 17. Jun. III, 270—274.

P. 18—25: «Incipit passio *SS. Vitalis, Prothasii et Gervasii* martyr. Ambrosius servus Christi fratribus . . . misericordiam dni nostri . . .»

Ed. Acta SS. Boll. 19 Jun. III, 821, 822.

P. 26—28: «Incipit passio *S. Albani* Martyris. Tempore persecutionis . . . conversa est . . . regnante dno . . .»

Consentit aliquantulum quoad sensum cum legenda in Bedæ hist. eccl. I, 6—7. Cf. Acta SS. Boll. 22 Junii IV, 147—148. — Bedæ ed. Giles 2, 44—52.

P. 28—33: «*Passio SS. Theonesti episcopi Albani* et aliorum. Temporibus impiissimi regis honorii persarum . . . operatur miracula præstante . . .»

Ed. Acta SS. Boll. 30 Oct. XIII, 345—347.

P. 33—38: «In decollatione *S. Johannis Baptistæ*. Quinto decimo anno . . . pestis ipsa quievit.»

P. 38—49: «Incipit passio *SS. Johannis et Pauli* MM. Sub Constantino Augusto . . . passio ista sanctorum; ad laudem dni nostri . . .»

Ed. Act. SS. Boll. 26 Jun. V, 159 multum differt. Surius 3, 825—838 textum habet nostro magis congruum.

P. 50—57: «Incipit passio *S. Vigilii* episcopi. Tempore illo Vigilius . . . annos duodecim; regnante dno nostro . . .»

Ed. Act. SS. Boll. 26. Jun. V, 165—167 paullum discrepat.

P. 57—65: «Vita sanctorum *septem dormientium*. In diebus illis cum regnaret . . . in martyribus sanctis. Gratia et misericordia . . .»

Cf. Acta SS. Boll. 27 Jul. VI, 385: Prælo minime digna censemus.

P. 65—68: «Incipit passio *S. Symphorosæ* cum septem filiis. Tempore illo cum . . . miliario nono; regnante dno . . .»

Ed. Acta SS. Boll. 18 Julii IV, 358—359 verbis paullum variantibus.

P. 68—93: «Incipit passio *SS. Apostolorum Petri et Pauli.* Cum venisset Paulus . . . die III Kalendarum Juliarum regnante . . .»

Historia fabulosa. P. 75 epistula Pilati ad Claudium. Idem in cod. Bibl. Bodleianæ Oxonii 110 (1963) Schenkl, Biblioth. Patr. lat. Britann. II. Sitzgsber. d. phil. Cl. d. k. Ac. 123. V. p. 18.

P. 93—145: «Vita *S. Marcialis* episcopi, discipuli Saluatoris nostri [*Aureliano* adscripta.] Predicante dno. nostro . . . participes ascisci. Amen.»

Cf. Acta SS. Boll. 30 Junii V, 535 etc.

P. 145—161: «Incipit vita *S. Augustini* episcopi Anglorum. Anno incarnationis dominicæ . . . septimo Kalendas Junias eodem rege regnante, dominante vero . . .»

Excerptum ex Bedæ hist. eccles. I, 23—II, 3. Ed. Giles II, 94—182.

P. 161—166: «Incipit passio SS. *Processi et Martiniani* MM. Tempore quo Symon . . . in hodiernum diem; regnante dno . . .«

Ed. Acta SS. Boll. 2. Julii I, 303—304.

P. 166—207: «Incipit vita S. *Uodalrici* episcopi. Egregius Christi confessor . . . donante Christi gratia qui cum . . .»

Auctore *Bernone.* Ed. Migne P. l. 142, 1185—1204 A.

P. 207—224: «Incipit vita S. *Goaris* prespiteri. In diebus Childeberti . . . manifestare dignatus est, qui cum patre . . .»

Ed. Acta SS. Boll. 6. Jul. II, 333—337.

P. 224—243: «Incipit vita S. *Willibaldi* episcopi. Presul igitur Willibaldus . . . testantur eum recepisse.»

Ed. Acta SS. Bolland. 7. Julii II, 512—517.

P. 244—262: Passio S. *Kiliani* cum prologo. «Beatus igitur Kylianus . . . inveniri potest.»

Ed. Acta SS. Boll. 8. Jul. II, 614—618.

P. 262—269: «Incipit passio *S. Kiliani* et sociorum eius. Fuit vir vitæ . . . rege feliciter.»

Ed. l. c. 612—614.

P. 270—274: «Passio sanctorum fratrum filiorum *S. Felicitatis.* Temporibus Antonini . . . in regno cœlorum; qui cum . . .»

Ed. Acta SS. Boll. 10. Jul. III, 12, 13.

P. 274—281: «Passio SS. Virginum *Rufinæ et Secundæ.* Rufina et Secunda . . . virtutem ostendunt; ad laudem . . . Passæ sunt autem die sexto Idus Juliarum.»

Ed. Acta SS. Boll. 10. Julii III, 30, 31. Idem in cod. **295.** 192—197.

P. 291—297: «Passio S. *Ermagoræ* episcopi [et *Fortunati* archidiaconi.] Post resurrectionem dni . . . quarta Idus Julii regnante . . .»

Ed. Acta SS. 12 Jul. III, 251—255.

P. 298—320: «Incipit passio S. *Margaretæ V.* [auctore *Theotimo.*] Post passionem et . . . prece memorentur ante dominum . . .»

Ed. apud Mombritium? Cf. Cod. Namurc. 53 num. 64 in Analect. Boll. 1, 515. Ib. Cat. Brux. 184 etc.

P. 321—332: «Incipit vita S. Alexii confessoris. Fuit vir Romæ . . valent, præstante . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 17. Jul. IV, 251—253.

P. 332—335: [Relatio *Pastoris* presbyteri tituli] «de sancta *Praxede*. Virgo uenerabilis Praxedis . . . orationes sanctorum in sæcula sæculorum. Amen.»

Ed. Acta SS. Boll. 19. Maii IV, 300. Idem in codd. **247**, 345 et **295**, 197.

P. 335—338: «De obitu S. *Mariæ Magdalenæ*. Narrat Josephus quod . . . meritis ipsius»

Cf. Analecta Boll. 9, 264 nr. 15. Faillon, Monuments inédits II . . .

P. 338—341: «Incipit passio S. *Cyrilli* episcopi. Sanctus Cyrillus episcopus non incognitus . . . percussus tradidit spiritum.»

Ed. Boll. Acta SS. 9. Julii II, 687.

P. 341—361: «Incipit passio S. *Apollinaris* episcopi. In diebus Claudii . . . Kalendarum Augustarum; regnante . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 23. Julii V, 344—350.

P. 362—380: «Incipit passio S. *Christinæ* virg. Tempore illo erat . . . Tyro ciuitate; regnante dno . . .»

Cf. Boll. Acta SS. 24. Julii V, 524—528.

P. 380—392: «Incipit passio S. *Jacobi* apostoli. Apostolus domini nostri . . . perrexit ad dominum; cui est . . .»

Ed. apud Mombritium? Cf. Cat. codd. hagiogr. Bruxell. 1, 32.

P. 392—393: «Translatio S. *Jacobi* apostoli . . . In dei nomine Leo episcopus . . . Jacobi in pace.»

Cf. Baronii Annales anno 816. T. 13. p. 570. — Florez, Espanna sagr. 3, Append. XLVII. nr. IX. — Boll. Acta SS. 25. Julii VI, 13—14. — 1. Nov. I, 21—22.

P. 393—397: »Item de *translatione* eiusdem. Nemo putet quod iste sit Jacobus . . . Jacobo apostolo dni nostri . . .»

P. 397—410: «Incipit passio S. *Cristophori* Martyris. Tempore illo regnante . . . Dagno . . . gladio feriatur. Sit nomen . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 25. Julii VI, 146—149.

P. 410—434: «Passio S. *Pantaleonis* martyris. Regnante impio et iniquissimo Maximiano . . . in Nicomediorum ciuitate.»

Ed. apud Mombritium? Cf. Boll. Acta SS. 27. Jul. VI, 412 ex Sim. Metaphr. ubi alia est versio. — Anal. Bolland. 1, 518 cod. Namurc. 53.

P. 434—436: «Incipit passio S. *Felicis* papæ. Fuit autem temporibus Constantii . . . hodiernum diem.»

Ed. Mombritius I, f. 307[b]. Cf. Boll. Acta SS. 29. Julii VII, 43 § 1. Idem infra **256**, 420 et in cod. Berol. 125, 320[b]. Cf. Rose, l. c. 1, 269.

P. 436—439: «Incipit passio Ss. fratrum *Simplicii Faustini et Beatricis* Mart. Temporibus Diocletiani et Maximiani . . . ecclesiis Christi. Quod factum est dno auxiliante . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 29. Julii VII, 36, 37.

P. 439—453: «Item de S. *Beatrice* et de aliis martyribus [*Cyriaco* Largo etc.] Egregius [*lege* Sergius] Terentianus illuster uir . . . perrexit ad dnm; cui est . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 16. Jan. II, 5—9. Cf. Analecta Boll. 2, 247—258.

P. 453—459: «Incipit passio Ss. *Polocronii, Abdon et Sennen.* Orta tempestate sub Decio . . . Cordulam decimo Kal. Marcii.»

Ed. apud Mombritium II. Cf. Anal. Boll. I, 519. — Cat. codd. hagiogr. Bruxell. 1, 217.

P. 459—465: [Martyrium SS. *Abdon et Sennes.*] «Eodem tempore dum Decius Cæsar Polochronium . . . cimiterium Pontiani, præstante. . . »

Ed. Boll. Acta SS. 30. Julii VII, 137—138. Cf. 15. April. II, 375.

P. 465—469: [*Proverbia Wiponis.*] «Incipit inuentum quod fert prouerbia centum . . . Explicit inceptum, referens prouerbia centum.»

Ed. Pertz, Mon. Germ. SS. 11, 245—247. Cf. Schubiger, Sängerschule 93, n. 1.

P. 469—488: «Incipit passio Ss. *Eustachii* et sociorum eius. In diebus Traiani . . . sanctis promissum est per gratiam dni . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 21. Sept. VI, 123—135.

P. 481—488 ab altera manu s. XIII suppletæ sunt. — In fine manus s. XIV varios versus addidit. Cf. Meier, H. v. Ligerz 55. — Pertz, Archiv 8, 747—749. — Morel. E. Handschr. d. l. K. V. 244. 256.

Valde similis est codex Namurcensis 53. Cf. Analecta Boll. 1,519.

---

249. (Fol. Nr. 56.) **Vitæ Sanctorum.**

S. XII. Membr. 296×230. 476 pag. recte 480, nam 1 et 222 ter numerantur. — Quaterniones interdum signati. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Codex est valde similis Bruxellensi 207—208. Cf. Catalogus codicum hagiograph. Bibl. reg. Bruxell. 1, 135—157.

Maniculis notavit H. de Ligertia.

P. 1 vacat. 1 bis: [*Index huius voluminis*] «Vita S. Silvestri . . . S. Agathæ virginis.»

P. 1ter—83: [*Vita S. Silvestri papæ.*] «Historiographus noster Eusebius . . . gesta sunt. Finit vita et actus S. Silvestri.»

Historia fabulosa edita apud Mombritium. Idem in codice **8**, 143, **257**, 1 et sæpe alibi.

P. 83—87: «*Incipit passio S. Columbanæ virginis.* In diebus illis adveniens Aurelianus . . . pridie Kalendas Januarias in nomine . . . Explicit passio Columbe (!) virginis.»

Edita apud Mombritium?

P. 87—138: «*Incipit vita S. Basilii episcopi.* Dilectissimi non erat . . . libro in gloriam et laudem domini . . . Explicit vita S. Basilii episcopi.»

Est vita apocrypha auctore Amphilochio; versio tamen differt ab edita Boll. Acta SS. 14. Junii II, 938—956.

P. 137—141: «*Incipit passio S. Concordii Martyris.* Temporibus Antonini imperatoris . . . Concordii martyris, prestante . . . Explicit passio Concordii presbiteri.»

Parum differt ab editis Boll. Acta SS. 1. Januarii I, 9—10.

P. 141—144: «*Excerpta de passione S. Martinæ virginis.* Martina virgo cum esset . . . regnum meruit. Explicit passio S. Martine virginis.»

Multo brevius editis in Boll. Actis SS. 1. Jan. I, 11—18.

P. 144—147: «*Incipit passio S. Petri martyris.* In illo tempore Petrus qui et Balsamus . . . sub Maximiano imperatore, regnante domino . . . Amen. Explicit passio B. Petri.»

Ed. Boll. Acta SS. 3. Jan. I, 129.

P. 147—154: «*Incipit passio S. Teogenis.* Multi martyres uicerunt diabolum . . . III Nonas Januarias prestante . . . Explicit passio S. Theogenis.»

Ed. Boll. Acta SS. 3. Jan. I, 134—135.

P. 154—176: «*Incipit vita S. Genovefæ virginis.* Sancta igitur Genovefa . . . dignitatem ante Christum qui . . . Explicit vita S. Genovefæ virginis.«

Ed. Boll. Acta SS. 3. Jan. I, 143—147.

P. 176—179: «*De Veronilla et imagine domini sindone picta.* Postquam dominus noster . . . ultra sciuerunt. Amen.»

Cf. Boll. Acta SS. 4. Febr. I, 449—457.

P. 179—182: «*Incipit passio S. Juliani et Basilissæ virginis.* Igitur Julianus et Basilissa . . . celebratur martyrium. Explicit passio S. Juliani et Basilissæ.«

Multo brevius editis in Boll. Act. SS. 9. Jan. I, 575 seqq.

P. 183—184: «*Incipit prologus Fortunati episcopi ad Pascentium episcopum in vita S. Hilarii episcopi.* Domino sancto et meritis . . . uita proponamus. Explicit prologus.»

Ed. Boll. Acta SS. 13. Jan. I, 790—793.

P. 184—199: «*Incipit vita S. Hilarii episcopi.* Igitur beatus Hilarius . . . cœlo gaudente, prestante . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 13. Jan. I, 790—793.

P. 199—204: «*Epistola beati Hilarii episcopi ad filiam suam Apram.* Dilectissimæ filiæ Habræ Hilarius . . . filia desiderantissima.»

Ed. Migne P. l. 10, 549—552.

P. 204—205: «[H]*ymnus ad eandem.* Lucis largitor splendidæ . . . per omne seculum. Amen.»

Ed. Migne P. l. 10, 551—554. — Cf. Chevalier, Repert. hymnol. 10701.

P. 205—206: «*Incipit prologus in secundam partem.* Domino sancto et meritis . . . in futuro confidat. Explicit prologus.«

P. 206—222, b: «*Incipit liber secundus.* Igitur Probianus cum . . . cœlo gaudente, ipso prestante . . . seculorum. Amen.»

Ed. l. c. 793—795 exceptis miraculis p. 215—222, b: „Videamus denique quod sequitur miraculum . . . diligenter intendens“ ex cod. Bruxell. ed. in Catalog. l. c. 138—139.

P. 222,b —225: »*Incipit vita S. Felicis.* Factum est autem ut post complectionem beatissimi Felicis . . . orationem perrexit ad dominum . . . seculorum. Amen.»

Ed. Boll. Acta SS. 14. Jan. I, 951.

P. 225—261: «*Incipit vita S. Honorati episcopi, composita a beato Hilario episcopo.* Agnoscitis dilectissimi . . . obtinere mereamur per dominum . . .»

Ed. Boll. Acta SS. 16. Jan. II, 17—24.

P. 262—269: «*Incipit prologus in vita S. Sulpicii episcopi.* Ab inicio . . . permanet in secula seculorum. Amen. Explicit vita S. Sulpicii episcopi.»

Ed. Boll. Acta SS. 17. Jan. II, 174—176.

P. 269—272: «*Incipit passio trium geminorum.* Igitur Speusippus Eleusippus Meleusippus . . . qui uocatur Urbatum.»

Cf. Boll. Acta SS. 17. Jan. II, 76—80 ubi tamen nihil de hac vita.

P. 272—300: «*Incipiunt confessiones et actus Martyrum Saturnini presbiteri Dativi, Felicis et cœterorum infra scriptorum qui propter collecta et scripturas dominicas sub Anilino tunc proconsule Africæ die XV. Kal. Febr. Kartagine confessi dominum, diversis locis temporibusque discretis beatissimum sanguinem profuderunt.* Qui religioni sanctissime fidei . . . martyribus triumphator. Explicit passio Saturnini presbiteri.»

Ed. Boll. Acta SS. 11. Febr. II, 515—519. Sed p. 293—300 ibidem desunt.

P. 300—363: «*Incipit passio S. Sebastiani.* Sebastianus vir christianissimus . . . heredem in Christo, qui uiuit . . . Amen. Explicit passio Sebastiani.»

Ed. Boll. Acta SS. 20. Jan. II, 265—278. Falso adscribitur S. Ambrosio et legitur inter eius opera ed. Migne P. l. 17, 1113. — Ed. Ballerini 6, 797—830.

P. 363—377: «*Incipit passio S. Agnetis virginis.* Ambrosius seruus Christi . . . ualeat inuenire regnante domino . . . seculorum. Amen.»

Ed. Boll. Acta SS. 21. Jan. II, 351—354. Inter opera S. Ambrosii ed. Maur. 479. Cf. **8.** 172; **256.** 145.

P. 377—387: «*Incipit passio S. Meginradi Heremitæ.* Dicturus uenerabilis uiri . . . anno uicesimo octauo regni eius.«

Primum edidit Seb. Brant Basileæ 1496. Cf. Geschfr. 13, 165. Denuo ex hoc codice Christoph. Hartmann, Annales Heremi, append. — Boll. Acta SS. 21. Jan. II, 382—384. — Lectiones variantes ed. Mone, Quellensammlg. I, 53—54. Mon. Germ. SS. XV, 445—448. Cf. ib. 444. — Facsimile scripturæ huius codicis ed. Stillfrid, Forschungen u. Alterthümer des Hohenzollern. Hauses Tom. I. Tab. I. — Cf. Pertz, Archiv 4, 332. — Landolt, Urspr. u. erste Gestalt. 22 seqq. — Falso abbati Bernoni attributa est, cum iam extet in cod. S. Galli 577 s. IX—X.

P. 387—392: «*Incipit passio S. Fructuosi episcopi.* In diebus illis cum essent . . . calcauerunt. O beati martyres qui meruerunt dignam habitationem in cœlis, ad dexteram stantes Christi, benedicentes deum patrem omnipotentem et dominum nostrum Jesum Christum unigenitum filium eius cum spiritu sancto cuius regnum sine fine permanet in secula seculorum. Amen.»

Ed. Boll. Acta SS. 21. Jan. II, 340.

P. 392—404: «*Incipit passio S. Vincentii diaconi.* Probabile satis est . . . Hispanias nomen domini . . . Amen. Explicit passio B. Vincentii diaconi.»

Ed. Boll. Acta SS. 22. Jan. II, 394—397. Idem in codd. **8**, 168; **256**, 153.

P. 404—424: «*Incipit passio S. Anastasii martyris.* Unigenitus filius et uerbum . . . Constantini, regnante domino . . . Amen. Explicit passio B. Anastasii martyris.»

Ed. Boll. Acta SS. 22. Jan. II, 426—436.

P. 424—429: «*Incipit passio S. Timothei apostoli.* Tempore Neronis agente . . . sunt in nomine domini nostri Jesu . . . seculorum. Amen.»

Multum differt ab editis Boll. Acta SS. 24 Jan. II, 566.

P. 429—438: »*Conversio S. Pauli apostoli.* Paulus igitur doctor . . . iusticiæ accepit. Explicit de S. Paulo.»

P. 438—449: «*Incipit passio S. Aureliani.* Temporibus Decii imperatoris . . . Martyrizatus est autem sub Decio imperatore et Yla et Gelasio proconsule pridie Kalendas mensis Februarii regnante domino nostro Jesu . . . Amen. Explicit passio S. Aureliani.»

Cf. Acta SS. Boll. Jan. II, 1079 ubi inter prætermissos. Alibi nihil inveni.

P. 449—459: «*Incipit passio S. Blasii episcopi.* Beatus igitur Blasius apud Sebastiam Capadocie episcopus . . . imperante Agricolao, regnante autem . . . Amen. Explicit passio S. Blasii episcopi.»

Valde differt ab edit. Boll. Acta SS. 3. Febr. I, 336 seqq.

P. 459—466: «*Incipit passio S. Phileæ episcopi.* Beatus igitur Phileas . . . ceruicibus effugerunt. Explicit passio Phileæ episcopi.»

Ed. Boll. Acta SS. 4. Febr. I, 462—466.

P. 466—476: «*Incipit passio S. Agathe virginis.* Passionis beatissimæ virginis . . . Quinciano consulari regnante vero . . . Amen. Explicit passio St. Agathe virginis.»

Ed. Boll. Acta SS. 5. Febr. I, 615—618. — Cf. Pertz, Archiv 4, 333; 8, 747—749. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 244, 252, 255.

---

250. (Fol. Nr. 57) **Vitæ Sanctorum.**

S. XII. Membr. 294×237. 426 pagg. recte 428 quia p. 3 ter numeratur. Quaterniones [I]—XXXI. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Maniculas addidit H. de Ligertia.

Valde similis argumenti sunt codices Bruxellenses 207—8 et 581.

P. 1 vacat. P. 2 [*Index huius voluminis.*] «Vita S. Syri . . . De die iudicii.»

P. 2—25: «*Incipit vita SS. episcoporum Syri et Niventii.* Celestis exorta prosperitas . . . miraculis prestante domino . . . Explicit vita episcoporum Syri et Niventii.»

Ed. Surius 7, 695—703.

P. 25—31: «*Incipit passio S. Eulaliæ virginis.* In diebus illis Eulalia . . . benedicentes dominum patrem et . . . Explicit passio Eulaliæ virginis.»

Ed. Boll. Acta SS. 11 Febr. II, 577—578.

P. 31—38: «*Incipit passio Valentini episcopi.* Propheta loquitur ad . . . sepulti collaudantes dominum . . . seculorum. Amen.»

Ed. Boll. Acta SS. 14 Febr. II, 756—757.

P. 38—48: «*Incipit passio SS. Marii et Marthæ et Valentini presbiteri.* Temporibus Claudii imperatoris uenit quidam uir de Persidæ . . . tercio decimo Kalendarum Februariarum, ubi prestantur . . . Explicit passio Valentini et aliorum.»

Ed. Boll. Acta SS. 14 Febr. II, 753—754 et 19 Jan. II, 216—219.

P. 49—60: «*Incipit passio S. Julianæ virginis.* Martyrum perseuerantia . . . imperatore Maximiano, regnante domino . . . Explicit passio Julianæ virginis.»

Ed. Boll. Acta SS. 16 Febr. II, 873—877 cum alio exordio.

P. 61—74: «*Incipit prologus in vitam S. Walpurgæ virginis.* Domino beatissimo deoque uere dignissimo Erchanboldo . . . pro adepta sospitate suspendit. Finit uita S. Walpurge virginis.«

Ed. Boll. Acta SS. 25 Febr. III, 523—526. Cætera post cap. IV. nr. 14 desunt in codice.

P. 74—78: «*Incipit passio S. Magræ* [*Macræ*] *virginis.* Tempore illo in provincia ciuitatis Augustane . . . obdormiuit in domino. Dignetur intercessio eius . . . Explicit passio *S.* Magre virginis.»

Ed. Boll. Acta SS. 6 Jan. 1, 325—326. Codex brevior est editis.

P. 78—90: «*Incipit passio SS. Reuocati, Saturnini, Perpetuæ et Felicitatis.* In civitate Tiburtina . . . nominis sui, quod est benedictum in secula seculorum. Amen. Explicit passio Perpetue et Felicitatis.»

Ed. Boll. Acta SS. 7 Martii I, 633—637. Finis in codice magis congruit codici Bruxellensi quem ediderunt socii Bollandiani. Catalog. codd. Bruxell. I, 158—161.

P. 90—101: «*Incipit passio XL Martyrum.* Qui in Sebatia ciuitate martyrio . . . V. Iduum Martiarum in gloriam et laudem dei. Amen. Finit passio XL militum.»

Ed. Boll. Acta SS. 10 Mart. II, 19—21. In codice desunt nomina ad calcem adiecta.

P. 101—111: «*Incipit prologus in vitam S. Gerdrudis virginis.* Sancta et inseparabili . . . prestantur beneficia. Finit de vita obituque sanctæ Christi virginis Gerdrudis.»

Ed. Boll. Acta SS. 17 Martii II, 594—596.

P. 111—129: «*Item de uirtutibus eius.*. Cum multos homines cernimus . . . miraculo laudabant nomen patris et . . . Amen. Finit de vita et obitu sanctæ Gerdrudis Christi virginis.»

Ed. l. c. 596—599. Differt tamen textus codicis a p. 122: „Sicut et nos scimus quod multas . . .“ Verbis mutatis est miraculum editum ib. p. 598. nr. 2. Cf. Anal. Boll. XI, 369.

P. 129—136: «*Incipit passio S. Pimenii* [*Pigmenii*] *presbiteri.* Temporibus Liberii papæ erat Romæ . . . sacrificium offerebat, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Explicit passio S. Pimenii presbiteri.»

Cf. Boll. Acta SS. 24 Mart, III, 481—482. Alia vita ex codice Bruxellensi ed. Catal, l. c. 161—164.

P. 136—214: «*Incipit vita S. Leonis papæ* [*IX auctore Wiberto.*] Reuerendus igitur Bruno utriusque . . . sine mora clamabunt. Finit de S. Leone papa.»

Ed. Muratori, Scriptores III, 282—299. P. 206—214 non sunt editæ apud Muratorium. — Watterich, Pontiff. Roman. vitæ I, 127—170.

P. 214—224: «*Incipit passio S. Truhtperti heremite* [*auctore Erchanbaldo.*] Cum enim merita sanctorum . . . coronatus extiterat, prestante domino . . . Finit passio S. Truhtperti.»

Ed. Mone, Quellensammlung I, 21—26. — Cf. Potthast, Bibliotheca histor. 1610. — Rettberg, Kirchengesch. II, 48.

P. 224—231: «*Incipit vita SS. Alexandri et Athanasii episcoporum.* Dum sub Constantino . . . scriptam relinquens. Explicit vita SS. episcoporum Alexandri et Athanasii.»

Cf. Boll. Acta SS. 26 Febr. III, 634 ubi agitur de S. Alexandro episcopo Alexandrino. Hæc vita ibi non legitur.

P. 232—236: «*Incipit vita S. Juvenalis episcopi.* Hodierne festivitatis gaudia apud . . . expertis non dubitatur. Explicit vita Juvenalis episcopi.»

Discrepat verbis et sententiis ab ed. Boll. Acta SS. 3 Maii III, 387—390.

P. 236—247: »*Incipit passio S. Quiriaci episcopi qui vocabatur Judas.* Qui sui proprii generis . . . hora VIII, regnante domino . . . Finit passio S. Quiriaci episcopi.»

Ed. Boll. Acta SS. 4 Maii I, 445, 449—450.

P. 247—257: «*Incipit passio SS. Virginum Fidei Spei et Caritatis.* Tempore Adriani imperatoris . . . exaudiuit, prestante . . . Finit passio S. Sophie et filiarum eius.»

Ed. in Legenda aurea edit. Coloniens. 1483 foll. 443, 444 et apud Mombritium, tom. II.

P. 257—277: «*Incipit passio Septem fratrum Januarii, Felicis, Philippi, Silani, Alexandri, Vitalis et Marcialis Martyrum.* Sciendum quoque est . . . referendo, qui cum patre . . . Finit passio SS. VII fratrum.»

Ed. Boll. Acta SS. 10 Julii III, 14—18.

P. 277—286: «*Translatio S. Alexandri unius de VII fratribus ad Uttinburra cenobium.* Temporibus itaque bonæ . . . efficiuntur, auxiliante . . . seculorum. Amen.»

Ed. Boll. Acta SS. 10 Julii III, 19—21. — Mon. Germ. SS. II, 673—681. Idem in cod. **256**, 381.

P. 286—292: «*Incipit vita S. Arbogasti episcopi et confessoris.* Sanctissimi sacerdotis Christi . . . elegit sibi sepulchrum.»

Ed. Boll. Acta SS. 21 Julii V, 177—179.

P. 292—310: [*S. Ephrem Syri*]: «Incipit vita s. Habrahæ heremitæ. Fratres mei, cupio vobis . . . Res uero gesta huiuscemodi est.»

Ed. stilo mutato Op. S. Ephrem ed. Assemani Gr. et Lat. II, 1—11. — Boll. Acta SS. 16 Martii II, 436—440. — Migne P. l. 73, 281—292; 651. Cf. Analecta Boll. 10, 9

P. 310—322: «*Incipit reuocatio uel penitentia Mariæ neptis sancti Abrahæ heremitæ.* Habuit uir beatus . . . migravit ad dominum cui est . . . Amen.»

Ed. stilo tamen diverso Assemani l. c. 11—49. — Boll. Acta SS. 16 Martii II, 440—443. — Migne P. l. 73, 651—658.

P. 322—332: «*Passio S. Felicis martiris.* In diebus illis sub Diocletiano . . . in pace, cui est honor . . . Finit passio S. Felicis.»

P. 332—333: «[*De Iudeo in fornacem proiecto et liberato per piam Mariam.*] Quid igitur in oriente actum fuerit . . . illa saluati sunt.»

Gregorius Turonensis, lib. miraculor. I, 9. Mon. Germ. SS. rerr. Merov. I, 494. — Cf. Pfeiffer, Marienlegenden 237. — Walter, der Judenknabe, Halle 1879. — Mussafia, Studien zu d. mittelalt. Marienlegenden . . . Sitzgsber. der k. k. Akad. Wien (1886) 113, 921. — Sprenger, Bartsch, Germania 27 (1882) 129.

P. 333—334: «*Epistola Chromatii et Heliodori ad Jeronimum.* Dilectissimo fratri Hieronimo presbitero . . . ora pro nobis.»

Fabula Chromatio attributa ed. Migne P. l. 30, 369. Cf. ib. 30, 297.

P. 335—336: «*Epistola Jeronimi ad quos supra.* Dominis sanctis ac beatissimis . . . obedientiam peruenire.»

Ed. Migne l. c. 30, 297.

P. 336—362: «*Incipit de infantia S. Mariæ et Christi saluatoris.* In diebus illis erat uir in Israel nomine Joachim . . . crediderunt deo et domino . . . Finit de ortu beatæ Mariæ perpetuæ virginis uel infantia saluatoris nostri.»

Ed. Tischendorf, Evangelia apocrypha 113—121.

P. 362—375: «*Incipit liber S. Melitonis episcopi ecclesiæ Sardiensis de transitu S. Mariæ.* Melito servus Christi episcopus . . . magnalia dei et domini . . . seculorum. Amen.»

Ed. de la Bigne, Biblioth. Patrum (Paris. 1610) 7, 581—600.

P. 375—412: «*In nomine sanctæ Trinitatis. Incipiunt gesta saluatoris domini nostri Jesu Christi quæ inuenit Theodosius imperator in Jerusalem in pretorio Pontii Pilati in codicibus publicis.* Factum est in anno . . . Christo in pretorio. Finiunt gesta nostri saluatoris.»

Concordat cum cod. **169**, 66—102 et **326**, 11—29.

In fine p 411—412 *epistula [apocrypha] Pilati ad Claudium ut* **248**, 75 et **256**, 6.

P. 412—413: «*Scripta ex libro beati Eusebii Cesariensis de interitu Herodis.* Quoniam necesse fuit competenti loco . . . illa vero perpetua. Finit epistola.»

Spuria. Ex Nicephori hist. eccles. I, 20. Cf. Baronii annales anno 33. n. VI.

P. 413—414: «*In quibus causis errauit Origenis.* Primus doctor post Apostolos . . . esse ex seraphin.»

Refertur ad Ep. 61 S. Hieronymi ad Vigilantium ed. Migne P. l. 22, 602.

P. 414—418: «*Epistola B. Jeronimi presbiteri ad Desiderium de duodecim lectoribus.* His nunc acriter mi frater . . . secus hominum sunt.»

Spuria, ed. Migne P. l. 23, 723—726. Fertur etiam sub nomine Bedæ, Oper. III. 491—492 ed. Colon. 1612. A Guigone dicitur hæc epistola: „a nescio quo in irrisionem doctorum composita.“ Migne l. c. 30, 308. Idem in cod. Berolinens. Rose, Handschr. I, 19.

P. 418—421: «*Descriptio cuiusdam sapientis de Anticristi natiuitate seu falsitate.* Anticristus dicitur quia . . dominus cœlum conscendit.»

P. 421—423: «*Hieronimus in annalibus Hebreorum de XV signis quindecim dierum precedentium diem iudicii. Signum primi diei.* Maria omnia in altitudinem . . . longe ante defunctis. Finis id est dies iudicii.»

Ed. inter opera ven. Bedæ ed. Colon. (1612) I, 494. — Migne P. l. 94, 555. Extat etiam editio s. XV sine l. e. a. Hain 14731. Sæpissime in codicibus invenitur v. gr. Paris. Nouv. acq. lat. 352. (Delisle Biblioth. nat. 635.) Basileens. 167 et 177 (Wackernagel, Altd. Handschr. p. 22.) Engelberg. 53, 259, 316. Guelferbytano 722 (Heinemann II, 124.) Reun 5 (Xenia Bernard. II, 1. p. 10) Zwettlensi 310 (ib. p. 406).

Germanice in codice Dresdensi J 24 d. (Schnorr v. Karolsfeld II, 35) Cf. Nölle, G., d. Legende von den fünfzehn Zeichen vor d. jüngsten Gerichte. Halle 1879. — Haupt, Zeitschr. 3, 523—530. — Pfeiffer, Germania 8, 120; 12, 61; 29, 402. — Wiener Sitzgsber. 124, III, 15. — Bodl. 881. — Carmen theutonicum Mysneri de eadem re ed. Gräter, Bragur VI, 1. p. 19—20.

P. 424—425 variis manibus s. XII—XIII probationes pennæ, preces etc. «Vigilate omnes» cum neumis, «Media uita» (bis), «Salue regina misericordie», «Alma redemptoris mater», «Juxta trenos Jeremie . . . habebit iudicem.» Cf. Chevalier, Repert. hymn. 9934. — Du Méril I, 408.

P. 426 vacat. Conf. Pertz, Archiv 7, 180. 8, 747—749. — Morel, E. Handschr. d. K. V. 250, 251, 254, 257.

---

251. (Fol. Nr. 50.) **Barlaam et Josaphat. Vita S. Katharinæ.**

S. XII. Membr. 280×205. 144 pp. Quaterniones signantur I—VI tantum — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Littera initialis p. 1 artificiose delineata; alibi interdum deest.

H. de Ligertia maniculas adpinxit.

P. 1—96: «*Incipiunt Gesta Barlaam Magni Heremitæ.* Cum cepissent monasteria construi . . . sicut uoluit. In princi.» Cetera desunt.

Ed. inter opera S. Johannis Damasceni, Migne P. gr. 96, 863 B — 1010 C. et alibi sæpe. Non raro occurrit in codicibus.

P. 97—140: [*Vita S. Katharinæ.*] «Cum sanctorum fortia gesta . . . hora tercia, seruans diem horam qua Christus pro mundi redemptione ad passionem properauit, cui honor, laus et gloria et potestas in secula seculorum. Amen.»

Editum in libro antiquissimo musei Bollandiani (s. l. e. a. Coloniæ ca. 1480.) Extat etiam sed absque titulo et prologo in cod. civitatis Namurcensis num. 15 s. XIII ineuntis. Cf. Analecta Boll. 1, 502. Item in cod. Gandavensi num. 423 exarato extremo sæculo XII. Cf. ib. 3, 194.

P. 141—144: [*Officium de S. Katharina.* »I] nclita sancte virginis Katherine . . . ad regnum decoris. Per.»

Editum esse videtur partim in breviario Traiectensi anno 1512, partim in Anal. Boll. 3, 176—177.

---

252. (Fol. Nr. 63.) **Hildemari (seu Ruthardi) Commentarius in Regulam S. Benedicti.**

S. XVII. Charta. Fol. XI et 346 folia, primæva manu numerata. — Ligatura pergamena. Est apographum Nr. **253** factum sub abbate Augustino I Hofmann 1600—1629 et eadem manu ut **238** scriptum.

FF. I—VII, IX et XI vacant. F. VIII: «*Ruthardi Mon(achi) Hirsaugiensis Commentarius in regulam Sanctissimi P. N. Benedicti* ex antiquissimo M. S. Codice Biblioth. nostræ Heremitanæ ad Illm. et Revmum. Principem D. Augustinum abbatem Einsidlensem etc.»

F. X: «*Joannes Trithemius in chronico Hirsaugiensi.* Ruthardus quoque monachus, huius cœnobii Hirsaugiensis unus ex primis . . . seculares certatim confluerent.»

»DCCCLXV. Moritur autem plenus . . . dic Miserere Deus.»

Joann. Trithemii Annalium Hirsaugiens. typis Sti. Galli 1690 T. I. p. 26—27; 29.

P. 1—343: «*Incipit tractatus Ruthardi mon. Hirsaugiensis in regulam sanctissimi P. N. Benedicti.* Tres enim sunt Ecclesiasticæ . . . valere concedat. Amen.»

Concordat cum codice sequenti quem vide. Ruthardus videtur esse merum figmentum Trithemii. — Cf. Traube, O Roma nobilis, Abh. d. k. bayr. Ak. I. Cl. 19 Bd. II Abt. p. 314—316. — Analecta Boll. 12, 306 de Ruthardo: „Poème et poète n'ont jamais existé à ma connaissance que dans la féconde imagination de Trithème." — Fabricius, Bibl. 3, 436. — Calmet, Diarium helvet. 52. — Gerbert, Iter alem. 80.

---

253. (Fol. Nr. 15.) **Hildemari Commentarius in regulam S. Benedicti.**

S. X. Membr. 283×194. 170 folia, sed 8 omittitur, econtra 58 bis numeratur, addito folio insiticio, quod tantum ab una parte descriptum est. Idem dic de fol. 90, 106. — Ultimi folii 170 tantum restat miserum fragmentum in quo manus s. XIV aliqua notavit: V. i. *[Vide infra.]* — Variæ manus, modo unica modo binæ columnæ. — Tabulæ lignæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia passim maniculas et glossas adiecit.

F. 1 vacat. F. 1'—2: «Incipiunt capitula regulæ monachorum. I. De generibus . . . sit regula constituta.»

F. 2—169': «*Incipit tractatus cuiusdam* in librum regulæ sancti Benedicti abbatis. (T)res enim sunt ecclesiasticæ . . . bene valere concedat. Amen.»

Edidit P. Rupertus Mittermüller: Expositio regulæ ab Hildemaro tradita. (Ratisbonæ 1880) p. 3—564. Idem fere opus denuo publicatum sub nomine Pauli Warnefridi in Bibliotheca Casinensi IV. (1880.) Florilegium p. 13—154 et iterato ut proprium opus. Cf. Mittermüller, Studien aus d. B nedictinerorden 1880, Heft III p. 176—180. Noster vero codex magis consentire videtur cum expositione abbatis Basilii sicut habetur in codice olim Augiensi, nunc Karolsruhensi CLXXIX s. IX vel X de quo cf. Mittermüller l. c. 9 (1888) p. 394—398 qui etiam desinit in capite 61 sicut Engelbergensis 142. s. IX.

De auctore († circa 850) cf. Mabillon, Annales 2, 690. — Pertz, Archiv 8, 741. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249, 255. — Novissime et doctissime de hoc commentario egit v. cl. Dr. Ludov. Traube, Textgeschichte d. Regula S. Benedicti. Abhandlungen d. k. bayer. Ak. III Cl. Bd. 21, Abt. III. (1898) p. 636—645; 705—707; 711—717.

P. 156 in margine inferiore manu s. XIV:

„Ottoni magno celestis gloria detur
Quo fundatore locus hic regalis habetur."

Apographum prostat Nr. **252.**

---

254. (Fol. Nr. 14.) **Vita Gregorii M.**

S. X. Membr. 269×223. 270 pp. Quaterniones signantur I—XVIII. — Ad singulos fere quaterniones manus alternant. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia passim maniculos et notulas apposuit.

P. 1—2 manu s. XI: [*Homilia de jejunio IV, V et VII mensis*] «Hæc dicit dominus: Jeiunium quartum . . . panis saturitate pensabitur.»

P. 2 [manu s. XII—XIII?]: «Isti promoti sunt ab ecclesia heremitarum . . . Gebene dive memorie.»

Ed. G. v. Wyss, Jahrb. f. Schweiz. Gesch. 10 (1885) 362. — Cf. Büchi, Quellen zur Schweizergesch. 13, (1893) 209. — Leben und Wirken des hl. Meinrad 159, 162, 175.

P. 3: «*Epitaphium super tumulum beatissimi Gregorii papæ urbis Romæ.* Suscipe Romuleos . . . posse iacere tuis.»

Ed. Migne P. l. 75, 59—62. — Cf. Rossi, Inscriptiones christ. urbis Romæ 2. 1 pp. 253, 290, 467.

P. 4—5: «*Incipit prologus Johannis Lævitæ.* Beatissimo ac felicissimo . . . liberari per Jesum Christum.»

Ed. Migne ib. 61—62.

P. 5—7: «*Explicit præfatio. Incipiunt capitula.* De genere beati . . . qualitas indicatur. Expliciunt capitula libri primi.»

P. 8—270: «*In nomine domini incipit vita beati Gregorii papæ. Primum capitulum.* Gregorius genere Romanus arte . . . denegasse cognoscar.»

Ed. Migne l. c. 63—242. Dividitur in IV libros quorum singulis elenchus capitum præmittitur.

P. 270 [manu H. de Ligertia de Carolo imp.]: «Anno domini CCC⁰LIIII⁰ Karolus . . . in evidencia facti.»

Ed. Chronique d'Einsidlen (1787) I, 156. — Pertz, Archiv 8, 741. — Geschfr. 31 (1876) 260—261. — Meier, H. v. Lig. 57. — Cf. Hartmann, Ann. 338—339. — Schubiger, Geschfr. l. c. 259—269. — Idem Heinr. III. 96—97. — G. v. Wyss, Anz. f. Schweiz. Gesch. 7 (1876) 222—224. — Meier, l. c. 24. — Morel, E., Handschr. d. l. KV. 255.

---

255. (Fol. Nr. 3.) **Cassiani vitæ et collationes patrum. Pars III. Collat. 18—24.**

S. X. Membr. 270×188. 250 pp. recte 252 quia 3 ter numeratur. Quaterniones signantur I—XVI. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

F. 2 imago picta: in medio Cassianus sedens et scribens in medio circuli. Circa ipsum in quattuor angulis stantes quattuor abbates singuli librum et baculum gestantes. „PIAMVN ABBAS. JOHANNES ABBAS. PINVFIVS ABBAS. THEONAS ABBAS.“ In circuitu: „Quattuor abbatum scriptus liber iste piorum Conditur insignis, lucra ferens animis.“ Litteræ initiales coloribus variis ornatæ.

H. de Ligertia passim maniculas appinxit. Idem versus suprascriptos in codice nunc **15** adscripsit.

P. 1 vacat. P. 2 imago supra descripta. Dein: «*In nomine dei summi incipit collatio abbatis Piamun. Ex tribus generibus monachorum. Proemium.* Emissis iuvante gratia . . . senioris reguntur imperio. Explicit collatio monachorum.» Pauca in fine desunt.

Ed. Migne P. l. 49, 1087—1327. C. — Corpus Script. Vindob. XIII (1886) 503—710 lin. 5. — Cf. Morel, E. Kirchenv. 250.

---

256. (Fol. Nr. 60.) **Vitæ Sanctorum.**

S. X—XII. Membr. 270×195. 572 pp. recte 576 nam pp. 192 et 366 ter numerantur. Folii primi dimidia pars inferior, item pag. 192, b. c dimidia pars abscisa est. Post p 237 unum folium, versus finem codicis multa desunt. Variæ manus. — Pg. 2—4, 381—392 a manu s. XII (Frowini?) suppletæ sunt. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—144: [*Passiones Apostolorum.*] S. X. P. 2—4 suppletæ manu s. XII. P. 1 et 144 vacant. Quaterniones signantur a—h.

P. 2—19: «*Passio apostolorum Petri et Pauli.* Tempore illo cum venisset Paulus Romam . . . miliario secundo, ubi prestantur beneficia orationum in laude domini nostri Jesu Christi cui est gloria in secula seculorum. Amen. Explicit passio apostolorum Petri et Pauli.»

Ut **248.** 68, cum epistula Pilati p. 6.

P. 19—29: «*Incipit passio S. Andreæ Apostoli.* Passionem apostoli Andreæ . . . ueritatis uenire. Ipsum enim decet gloria et potestas in secula seculorum. Amen.»

Epistula ecclesiæ Achaiæ ed. apud Surium (Colon. 1575.) 30 Nov. 6, 619—622. Cap. 13 magis convenit cum editione in Anal. Boll. 11, 285 ex codice Ambrosiano.

P. 4—7: [*Gratulatio ad ducem Venetarum.*] «Quantum tue felicitati gratuler, . . . salutique consules.»

P. 7—9: [*Gratulatio ad papam.*] «Cum omnes qui tuam adeunt sanctitatem . . . auctam esse intelligamus.»

P. 9—11: [*Gratulatio ad regem post reditum.*] «Tandem rex serenissime, quod superos . . . nominis tui pertinebunt.»

P. 11—13: [*De bonarum artium laude coram senatu.*] «Nisi vestra expectatio, magnifici patres et doctores . . . philosophia termi.» Desinit abrupte.

P. 14—19: «*Guarinus Veronensis suo dulcissimo preceptori Johanni Chrysoloræ Sal. plur. dicit.* Proximis diebus cum . . . præsidio. Vale decus rerum. Ex Venetiis VIII Kalendas Sextil.»

P. 21: *Oratio Gasparini Pergamensis habita in funere Jacobi de Furlivio, huius nostre etatis Medicorum et artistarum principis, apud doctores utriusque universitatis.* «Video hic neminem vestrum . . . Omittam hoc loco.» Desinit abrupte.

P. 22: *Capitulum de penitentiis.* «Omnis utriusque sexus . . . solvere vel ligare.»

Ex. libr. V Decretaliun Tit. XXXVIII c. 12.

Initium Testamenti christiani.

P. 24: [*Testimonia de Christo.*] *Hæc sunt priscorum repperta codicibus.* «Temporibus Octaviani Cesaris . . . quidam nomine *Lentulus* . . . Apparuit temporibus istis et adhuc est . . . inter filios hominum.»

Idem in codice Lipsiensi 92 (Naumann p. 28) Gothano, Jacobs & Ukert, Beiträge I, 225. 244. — Cf. Fabricius, Bibl. lat. 2, 537. — Migne, Dict. des Apocryphes II, 553—456: „Les copies . . . sont fréquentes dans les bibliothèques.“

Verba Esopi de Christo. «Fuit isdem temporibus . . . perseverat et genus.»

P. 25: [*De tempore Augusti.*] «Claruit Valerius Maximus . . . pacem habuit universus.» Desinit abrupte.

P. 26—29: [*Lombardi de Sirico.*] *Ad celeberrimum vatem Franciscum Petrarcham epistola de dispositione vite sue. Dialogus.* «Fervet animus te videndi . . . tu, peroptime. Vale.»

P. 29—32: *Petrarchæ responsio.* «Scripsisti michi quo letius . . . desiderium suum clausit.»

Ed. inter epp. Petrarchæ.

P. 33—38: [*Leonardi Justiniani oratio in funere Caroli Zeno.*] «Maximum et amplissimum munus, Illustrissime princeps . . . opera declaremus. Dixit.»

Idem in cod. Vindob. nr. 3315, pag. 178, a. Tabb. II, 258. et Basileæ F. V, 6. Hænel p. 534. Edit. Venetiis s. a. Cf. Hain 9638.

P. 39: «*Gasparinus Pergamensis Andr. Juliano* Sal. d. Multas ex tuis orationibus . . . facile tibi prestabit.»

P. 39—43: [*Andreæ Juliani Oratio de morte Immanuelis Chrysolaræ.*] «Si quis vestrum est, viri artissimi . . . etiam grata videar.»

P. 45: [*Citatio pro debito quodam solvendo. Padue 1419.*]

P. 46: [*Fragmentum orationis habitæ ad Cæsarem.*] «O utinam celi omnes atque . . . perneccessarium.»

P. 47: [*Duæ epistolæ.*] «Communi Viterbii.» «Castellanis.»

P. 48: [Epistola.] «Spectabili et gravissimo viro domino R. Mauroceno P. R. Padue designato honorando Maiori . . . Patavii XIII Kalend. Sextiles.»

P. 49: [*Ad Cæsarem fragmentum.*] «Precipitium horret epistola . . .»

P. 50: *Missa. Hermolaus* [*Barbarus*] *bono Uberto Testa cancellario S. d.* «Quod nullas abs te hactenus . . . volvent in anno.»

P. 51: *Perusinis.* «Fratres charissimi. Iam demum inspiravit . . . complete celeriter resilire.»

P. 52: [*Litteræ iuvenis lapsi ad rectorem suum.*] «Si quid humanitatis et clementie . . .»

P. 53: *Duo exordia orationum.* «Cum multa sepe mecum de his rebus . . .» «Quam vellem, patres et doctores amplissimi . . .»

P. 54: [*Ad quandam dominam.*]

P. 55—58: [*Vicecomitis Galeazi litteræ hostiles ad Florentinos et eorum responsum* 1390.]

P. 59: *Antonius Pisanus Bartholomæo Cremonensi S.* «Credo S. Nicolaum . . .»

P. 60—61: [*Poëmata latina.*] *Pataphium* [*Epitaphium*] *Dni Pauli de Sabellis. Item Dni. de Antonio Venerio, olim* ducis Venetiarum [† 1400]. *Vox adulescentis post novas nuptias defuncti.* «Quod mihi tu genitor . . . docta meo.»

P. 62—63: [*Soliloquium iuvenis cuiusdam anxii de vitæ monasticæ præstantia hærentis.*] «Quanta autem et qualia gaudia . . . tempora dii superi.»

P. 72: [*Supplicatio quinque iudicum de munere notarii.*] «Ducali Excellentie suoque benigno et excelso consilio reverenter exponunt . . .»

P. 73: [*Exordium declamationis academicæ.*]

P. 77—150 (alia manu): [*Plutarchi vitæ Aristidis et Catonis.*]

P. 77—80: «*Eloquentissimi ac patricii viri Franc. Barbari Veneti proëmium in Aristidis et Catonis vitas ex Plutarco in latinum versas ad insignem atque ornatissimum virum Zachariam Barbarum amicissimum fratrem suum.* Animadverti Zacharia frater te veram illam et sapientem Petri Emiliani Pont. Vinc. sententiam probare . . . sit, facile iudicabis.»

Hoc proëmium edidit Quirinus Cardinalis ex manuscripto Florent. una cum epistolis Franc. Barb. Brixiæ 1743. 4°. T. I Diatribæ præliminaris pag. CXXXV—CXXXVIII. Cf. Naumann, Serapeum 1, 237.

---

309. (Fol. Nr. 216.) **Argumenta Novi Testamenti.**

S. XVII. Charta. Fol. 50 pp. — Ligatura chart.

F. 1: «*Argumenta in omnes Novi Testamenti* libros, carmine elegiaco conscripta, ac Gratitudinis testificandæ gratia dedicata Reverendo in Deo Patri ac Domino Domino N. N. nobilissimi cœnobii Beatæ Mariæ semper Virginis Loci Heremitarum etc. Abbati Religiosissimo ac Vigilantissimo Domino suo observantissimo a *Johanne Geblero Wasingensi* Franco art. lib. ac Ph. Studiosi.»

---

310. Statuta Berinzonæ.

S. XV. Charta. Fol. V et LXXVI folia antiqua manu signata. Quaterniones non signantur, custodes vero hinc inde apponuntur. Septem ultima folia humiditate perforata, ita ut pars textus exciderit. — Ligatura chartacea recens.

Initium deest. F. V—V': [*Index in capita XXXVIII—LXXII*]: «XXXVIII Decretum falsorum testium et . . . datii Hiasche et Berinzone.»

F. I—LXXIIII: [*Varia Edicta ducum Mediolanensium a Joanne Galeazzo usque ad Philippum Mariam Visconti annis 1373—1443 pro ditione Mediolanensi.* «Nos Johannes Galeaz vicecomes virtutum dominus Mediolani, Imperialis vicarius generalis . . . die XIIII Januarii.»

Margini appositæ sunt hinc inde notæ et correctiones. Excerpta ex hac collectione ed. A. *Heusler*, Rechtsquellen d. Kantons Tessin I. Heft. (Zeitschr. f. schweiz. Recht. N. F. Bd. XI) Basel 1892 p. 59—78. cf. ib. p. 50. — Varia Documenta ed. Liebenau in Archiv f. schweiz. Gesch. 20. p. 155, 159.

F. LXXIIII—LXXVI alia manu: *Copia litterarum exemptionis hominum vallis Misulcine* [Misox.] a. 1498 . . . *Copia litterarum exemptionis Communitatis et hominum Berinzonens. terratorii (!) et Comitatas* anno 1499.

F. VI': „Ego Bernardinus Varonius 1557. (Alia manu.) Ego Jos. Jacobus Ruscha Notarius Bellinzonensis emi presens oppus (!) decretorum a S. Francisc. Varono de Anno Dni 1573 Pretio inter nos convento.“ Eiusdem possessoris nomen occurrit fol. V' et LXXVI. Bibliotheca Einsidlensis librum accepit circa finem sæculi elapsi cum quibusdam aliis codicibus antiquis in Italia scriptis. Ita P. G. Morel. Idem, Pertz, Archiv 8, 743.

---

311. (Varia Poëmata.)

S. XVI (1512) Charta. Fol. 26 pp. Quaterniones non signati. Inter p 10 et 11 duo folia exciderunt. — Ligatura chartacea moderna.

P. 1. [Manu P. G. Morel, Varia notata de contentu codicis.] P. 2 vacat.

P. 3—17: [*Cento Probæ* initio mutilus.] «Hoc virtutis opus . . . in regione nepotes.»

Ed. C. Schenkl, Corpus Scriptus ecclesiast. 16, 575—609. Migne P. lat. 19, 803—318. Desunt versus 1—107 et 361—485 inter pp. 10 et 11. In margine passim loci Vergiliani et variæ glossæ, etiam germanicæ v. g. p. 7: „Do Adam hackt und Eva span . . .“

P. 17: Explicit Virgilio Centona Probe. Cuius Homero centonam non habet latinitas, sicut in Virgilio centonam eius non habet Grecia. Studuit enim utramque gentem ad fidem catholicam conmutare, prior documentis autorum. 1512. J. G.

P. 18—19 vacat.

P. 20—24: *Publii Ovidii Nasonis* Epistola I. [Heroidum.] Penelope Ulixi. «[H]anc tua Penelope . . . facta videbor anus.»

P. 25: *Virgilius de Musarum inventis.* [*Ausonii Idyllium* XX.] «Clio gesta canitis [*lege* canens] transactis . . . omnia Phœbus.»

Ed. Migne P. l. 19, 908.

SCSM. Magistri Mathie Sambucelli Intimatio. [Quinque disticha.] «Accipe pulchra cohors . . . videt atque latus.»

P. 26: [*Varia de IX musis etc.*] «Musas doctrine atque scientie dicimus modos. Musa ab eo quod est μυεῖν. id est docere . . . compondi desiderio. *Thesbiades.*»

Codex prius iunctus fuit editioni Valerii Maximi inter incunabula nostra nr. 331, qui liber fuit societatis Jesu Bellinzonæ. [P. G. Morel.]

---

312. (4. Num. 39.) **Prudentius.**

S. X. Membr. 235×177. 296 pp. Quaterniones signati [A] — R. — Variæ manus. Partim binæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 4 manu s. XII figura galli cantantis. Hinc inde v. g. p. 8. 31. 39 accentus musici (neumæ) additi.

P. 125 manicula H. de Ligertia.

P. 1 vacat. P. 2—4, 15 et 16 manu s. XII.

P. 2: [*Gennadii*] *Testimonium de historia virorum illustrium* cap. XLXIII. «Prudentius vir sæcularis . . . palatinus miles fuisse.»

Ed. Migne P. l. 58, 10.

«Ode tricolos tristrophos . . . et tribus choriambis.»

P. 2—4: *Prefatio.* «Per quinquennia iam . . . sono mobilis ultimo.»

Ed. ib. 59, 767—776.

P. 4—43: *Liber Kathemerinon.*

Ed. ib. 775—914.

P. 43—86: *Apotheosis.*

Ed. ib. 915—1006.

P. 86—124: *Hamartigenia.*

Ed. ib. 1007—1078.

P. 124—162: *Psychomachia.*

Ed. ib. 60, 11—90.

P. 162—234: *Contra Symmachum.*

Ed. ib. 111—276.

P. 234—296: *Peri Stephanon.* Disinit abrupte in hymno X°, in passione S. Romani, versu 824: «. . . flamma vindex concremet.»

Ed. Migne l. c. 506.

Pag. 5—54, 79—90, 108—109, 124—140 occurrunt glossæ interlineares, latinæ et hinc inde germanicæ, cryptographice scriptæ, quas ed. Graff, Diutiska 2, 311—344. — Steinmeyer, AHD. Gl. II, 521—523. — Lectiones variantes excerpsit Fr. Guillimanus, easque adscripsit editioni Giselini, quam habemus in codice **1010.**

Cf. P. G. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 285. — Steinmeyer l. c. 4, 425.

---

313. (4. Nr. 86.) **Hippocrates.**

S. X. Membr. 245×196. 222 pp. (recte 220 quia 4 et 5 omissæ sunt.) Aliquoties post pp. 18, 94, 163 schedula pergamena ad supplendam lacunam addita est. Lacunæ existunt propter folia excisa post pp. 100 et 172. Quaterniones signati I, III, IIII, V, VII, XV. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia maniculæ pp. 112. 167.

P. 1—217: *Hippocratis aphorismi Ll. VII.* «Incipit prologus istius libri Aforismi. Medicina partitur secundum . . . limpidos dare cibos.

Usque ad istum locum completa est expositio, cum textum hi alii qui remanserunt aforismi non exponuntur, quia aliqui dicent scriptores hic peccaverunt, ut sint reciproca. Alii vero dicunt, Yppocratem dementiam pertulisse, dum ad finem istius codicis venit, et postmodum, ubi ad sanitatem reversus est, ipsos aforismos addidit, quos iam superius dixerat, quod in præsenti cognoscimus. Explicit Aforismorum particula septima.»

P. 217—221: *Liber Hippocratis de urinis.* «Urina si extra solitum candida . . . ad chrisimum adhuc insignificat.»

Uterque liber sæpe editus.

P. 222 vacat.

---

314. De Sphæra.

S. XV. Charta. 180×130. 96 pp. Binæ columnæ. Quaterniones signati a 1—d 4. — Ligatura moderna.

Cum figuris astronomicis, quæ tamen aliquoties desunt, spatio vacuo relicto. — Coniunctus olim fuit cum incunabula 389 editioni Sphæræ Jo. de Sacrobosco. — Charta humiditate squallida difficilis lectu.

P. 1—88: [*Heinrici de Nüremberga commentarius in Sphæram Sacrobosci.*] «*Reverendis in Christo fratribus* et amicis fidelibus Helie de Gwaldo provincie Spoletane | | | | studii conventus Mediolanensis ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini, frater Henricus de Nuerenberga provincie Bavarie . . . tamen mundum illuminaret, ipsi honor et gloria in sæculorum sæcula. Amen.»

P. 89 vacat. P. 90—91 Registrum. P. 92—96 variæ figuræ planiglobii, eclipsium etc. Henrici de Suirenberg (!) mentionem facit Fabri. Biblioth. 2, 213.

---

315. (4. Nr. 89.) **Boethius Isagoge.**

S. X. Membr. 220×165. 170 pp. 52, b signatur schedulā apposita cum additamento. Quaterniones non signati. Duæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1 manu Henr. de Ligertia: *„Liber Boëcii in [illegible] phyrii.“*

P. 2—170: «*Secunde isagogarum Liber primus.* Secundus hic arreptæ . . . dictum est sa.» Desinit mutilus.

Ed. Migne P. l. 64, 71—157, C. Ut **338. I.**

---

316. Prudentius.

S. X. Membr. 226×193. 223 fol. (recte 224 quia 70 bis numeratur). — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

F. 168′ H. de Ligertia maniculam adpinxit.

I. F. 1—111: Quaternionum signa desunt. Aliquoties binæ columnæ. Fol. 1 et 111′ vacant; Fol. 108 scriptura abrasa.

F. 1′—2: [*Gennadii*] *Testimonium de historia* virorum illustrium cap. 4. 8. Ut codex **312,** 2.

F. 2—3: *Præfatio.*

Ed. Migne P. l. 59, 707—776.

F. 3′—28′: *Libri Kathemerinon.* Hymni I—X.

Ed. ib. 775—888.

F. 29—99: *Peri Stephanon.* Hymni hoc ordine sequuntur: I, V, II, XI, XIII, XII, IV, XIV, III, VI, VII, IX, VIII, X.

Ed. P. l. 60, 275—594.

F. 99′—104: *Kathemerinon* Hymni XI et XII.

Ed. ib. 59, 888—914.

F. 104—104′: *De opusculis suis.* [*Enchiridion.*] «Pius fidelis . . . personasse Christum quo regente vivimus.»

Non invenio in editione Migne, sed in illa Vict. Giselini (Cod. 1010) p. 429—430.

F. 105—111: *Tituli historiarum.* [*Dittochæum.*]

Ed. ib. 60, 80—112.

II. F. 112—223: Tantum quaternio III f. 135′ signatur.

F. 112—142′: *Apotheosis.*

Ed. Migne P. l. 59, 915—1006.

F. 142′—169′: *Hamartigenia.*

Ed. ib. 59, 1007—1078.

F. 170—222′: *Contra Symmachum.*

Ed. ib. 60, 111—276.

F. 223 figura rudis hominis.

Passim glossæ interlineares tam latinæ quam germanicæ inseruntur. Germanicas edd. Graff II, 311—337. — Steinmeyer AHD. Gl. 2, 501—521. — Cf. ib. 4, 425. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 258.

Codex multum similis Nr. **312.** F. 3′ etiam galli figura omnino eadem, sed ex caractere litterarum hunc antiquiorem indico.

---

317. Carmina varia.

S. XVI. Charta. 4°. 126 pp. (recte 128 quia 5 ter numeratur.) — Ligatura moderna. Totus codex videtur ex aliquo exemplari impresso desumptus, forte Hain 13166 qui fere eadem opuscula continet, excepto Enea Silvio et Mancini vel Incunab. 403, 3.

P. 1. [*Maria Virgo angelis et emblematibus religiosis circumdata, penna artificiose delineata.*]

P. 2 vacat, P. 3—8: [*Joannis de Garlandia (?) Summa pœnitentiæ versibus concinnata.*] «Peniteas cito, peccator . . . fere terra peranti. Finis huius operis.»

Accedunt glossæ latinæ marginales et interlineares. P. 7 in margine inferiori: A magistro Gadenhemmer in quadragesima anno MCCCCXXXIX auditum.

Opusculum sæpe editum; inter opera Petri Blesensis, Migne P. l. 207, 1153—1156. Cf. Hain, 13156—13166. 13161 prostat inter incunabulas nostras Nr. 367, 3; alia editio incun. 403, 3. Cf. Hauréau, Notice sur . . . Jean de Garlande, Notices et Extr. 27, 2. 10—13: „Les copies sont véritablement innombrables."

P. 9—11: *Enee Silvii carmen de Cupidinis pictura.* «Vidimus effigiem lascivi nuper . . . mea metra leges. Enee finis 1494. Duregi.» In margine et inter lineas variæ glossæ etiam germanicæ. P. 9 figura Cupidinis sagittam iaculantis, penna delineata, quæ figura p. 8 repetitur.

Ed. in Eneæ Silvii Epist. Nr. 409 inter incunabulas nostras Nr. 369.

P. 17—19 vacant. P. 20. Glossæ ad carmen sequens.

P. 21—58: «*Jesuida Hieronimi de Vallibus Paduanis* feliciter incipit. Maxime celicolum . . . ad oscula flexi. Finis sub anno domini 1494.»

Copiosæ glossæ latinæ, rariores germanicæ appositæ sunt.

Idem in cod. **328**, 97. Ed. inter incunab. Nr. 403, 3. s. l. e. a. Cf. Hain 13166. — Idem in codice Gothano Ch. B. no. 948, Jacobs et Ukert, Beiträge 3, 21. — De auctore cf. Fabr. 2, 232.

P. 58—61 alia manu adduntur sex versus: „Aspice peccator si non sum verus amator . . . sum crucifixus ita." Dein „Agit gratias presuli in principio operis invocato. Post hinc perpetuas, Patavi tibi . . . viscera casta deus. 1516. Inpressum Liptzk per Jacobum Thamerum Herbipolensem."

P. 62 vacat. P. 63—70: *Lactantii Firmiani de Resurrectione dominice die Carmen elegiacum longe venustissimum.* «Salve festa dies . . . ubere lacte sinu. Finis ad idus Marcias MDVIII calculo romano.»

Paucæ glossæ alia manu appositæ sunt. Ed. Migne P. l. 138, 1084. — Daniel, Thesaurus I, 169—173 nr. 143. — Incunab. Einsiedl. 403, 3. — Cf. Jacobs & Ukert, Beitr. 3, 24. — Morel, E. Handschr. d. K. V. 252. — Chevalier, Repert. hymn. 17949.

P. 71—72 vacant. P. 73—125: *Dominici Mancini, De passione Domini nostri Jesu Christi liber* incipit. *Propositio.* «Non hominum laudes . . . exitus eius erit. Finis.»

Ed. sine l. et a. inter incunabula nostra Nr. 170. — De auctore cf. Fabr. Bibl. l. 3, 13.

---

318. (4. Nr. 81.) **Claudianus.**

S. X. Membr. 210×190. 174 pp. (recte 178 quia 4 et 5 ter numerantur.) Ultimi folii maxima pars excisa est. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—3 vacant. P. 4 figura astronomica, cœli circulos representans. P. 4 bis — 5 *Capitula*. P. 5 ter vacat.

P. 6: «Huius operis auctor ignoratur quia tacito nomine ista conscripsit, contra quem Claudianus tres hos libros disseruit.»

P. 7—14: [*Fausti Reiensis Epistulæ Fragmentum* contra quam tres hos libros Claudianus conscripsit.] «Precipis ut respondeam . . . spiritus societatæ (!) dominatur.»

Ed. Corpus SS. ecclesiast. 21, 173—181. Ibid. 11, 9—17.

P. 14—174: *Claudiani Mamerti, de statu animæ libri III.* «Præfectorio patricio doctisimo . . . in excidio falsitatis.»

Ed. Corpus Script. eccles. XI (1886) p. 18—190. — Cf. A. Engelbrecht, ibid. p. III. — P. G. Morel, E. Handschr d. l. KV. 250.

---

319. (4. Nr. 63.) **Kalendarium. Cycli cum Annalibus. Priscianus. De ratione temporum etc.**

S. X—XVI. Membr. 218×150. 300 pp. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ. H. de Ligertia maniculæ sæpius.

I. S. X—XVI. P. 1—18; 111—142; 10—62: *Kalendarium et Cycli.* Nulla signa quaternionum. Variæ manus. Initium deest. Folia perverse conligata.

P. 1: «*Item aliud epitaphium* [*Gregorii Magni.*] Suscipe terra tuo . . . iam sine fine tenes.»

Ed. de Rossi, Inscriptiones christian. II, 1, 78—79 et 112 et 209. Cf. quæ ibid. p. 290 de hoc codice refert.

P. 2 [alia manu:] «*Epitaphium super tumulum beati Gregorii abbatis* [Einsidlensis 964—996] *a successore suo Verendo* [Virando 996—1026] *magnæ auctoritatis viro editum.* Abbas Gregorius laudem . . . patris sedibus æthereis.»

Ed. Hartmann, Annales 107. — Chronique d'Einsiedeln. 1787. I, 56 — Böhmer, Fontes 4, 145. — Cf. de Rossi l. c. 290. — Régnier, Chronique d'Einsiedeln. Paris 1837. p. 41.

[Alia manu s. XI:] «*Epitaphium super tumulum almi Wirandi abbatis a successore suo Embrico* [1026—1052] *immensæ dignitatis viro prolatum.* Abba uuirunt tumbam . . . pangit Osanna polo.»

Ed. Hartmann l. c. 121. — Chronique l. c. 68. — Régnier l. c. 48. — Böhmer l. c. 145. — Cf. Rossi l. c. 290. — Pertz, Archiv, 7, 389. — Dümmler N. Archiv, 2, 603.

P. 3—17 [alia manu s. X.] *Kalendarium et Necrologium* Einsidlense. «Principium iani sancit . . . nec maior quam XXI.»

Aliquot nomina Sanctorum sæculo demum XVI addita sunt manu abbatis Adami Heer (1569—1585.)

Nomina defunctorum edd. Grandidier, Hist. d'Als. Pièces justific. 268. — Böhmer, Fontes IV, 144—145. Cf. Ib. XXIII—XXIV. — Mon. Germ. Necrologia I, 359—361. Cf. Baumann ibid. 358. — Pertz, Archiv 7, 991. — Nouvelles œuvres inédites de Grandidier I (Colmar 1897) 192.

P. 18: «*De Kalendis, Nonis et Idibus ac diebus XII mensium.* Januarius, Augustus et December . . . per X et VIIII annos.»

P. 19—61 cf. infra post p. 126.

II. P. 63—110. [altera manu:] *Priscianus*. S. X. Quaterniones non signati.

P. 63. Nomen „GEBIHARDVS" bis numeris appositis speciem aliquam cryptographiæ innuere videtur. *Capitula sequentis operis* I—X.

P. 64—109: *Prisciani grammatici peregesis, id est descriptio orbis terrarum et maris.* «Naturæ genitor . . . mihi præmia donet. Feliciter explicit perigesis (!) id est descriptio orbis terrarum et maris Prisciani grammatici secundum Dionisium. Hugo abba iussit.»

Reliquæ quatuor lineæ erasæ sunt. Sæpe editum. Idem nomen Hugonis abbatis invenies in codice Bruxellens. Cf. Teuffel, Röm. Lit. § 481. 7.

P. 110: *Epitaphium super tumulum beati Gregorii papæ.* «Suscipe Romuleos . . . posse iacere tuis.»

Idem in codice **254** pag. 3.

P. 111—156; 19—62: *Cycli decennovenales etc.* [*cum annalibus Einsidlensibus ab anno 589 usque 1595.*] Initium deest. P. 111 pars tantum quinti cycli decennovenalis superest; sequuntur reliqui usque ad 28um. Dein p. 35: «Evolutis ab incarnatione dni duobus magnis cyclis tertius hic inchoat. Continet autem magnus cyclus DXXXII^{os} annos id est XXVIII decennovenales cyclos.»

Videntur ergo cycli incepisse ab anno 532 a quo usque ad annum 588 tres cycli (cum dimidio) sive 7 paginæ exciderunt. Vestigia tantum adhuc videre licet in fronte codicis. Prima manus desinit p. 34 in 28^{0} cyclo anno 1063. Reliquos cyclos p. 35—62 manus s. XI et XII adiecit, quam P. G. Morel suspicatur inde a p. 44 esse Frowini.

P. 126—139, 19—61: [in margine ciclorum *Annales Einsidlenses ab anno 746—1569.*] «Karlomannus pater Pippini Rome propter . . . Octava corporis Christi.»

Ed. M. G. SS. III, 145—149. Cf. ibid. p. 138. — Pertz, Archiv 4, 286; 7, 171, 172, 389—391; 8, 743. — Brandes, Leben u. Wirken d. hl. Meinrad, Einsidl. 1861. p. 152 etc.

„Valde dolendum, quod pag. 42 id quod de Abbate Ulrico de Rapperswile narraverat annalista tinctura quadam eliminatum sit, quod factum est iam s. XVI. Lucernæ enim in Bibliotheca civica habetur in Collectaneis Cysati apographum horum annalium, quod ipsi communicaverat noster P. Joachimus Müller iam circa annum 1570, nec ibi inveniuntur ea quæ hic eliminata sunt." Ita P. Gallus Morel. — Cf. P. O. Ringholz, Werner II p. 17 n. 18. — Sed et culter bibliopegæ hinc inde partem textus abstulit.

P. 143 s. X: [*Fragmentum Cycli* secundi decennovenalis annorum 551—569 addita nota circa obitum comitis Folmar.] P. 144—154: [*Varia de cyclis etc.*]

P. 155—156 [alia manu s. X:] «*Epistola* [spuria] *S. Augustini de VI diebus ante diem iudicii.* Primo die erit primum . . . venite benedicti p. m.»

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 246 erronee.

In fine alia manu s. X vel XI quinque lineæ pene extinctæ, de quibus hæc tantum legere potui:

„Istud quisquis ades, super hoc ex corde preceris
B — — el sub pedibus quem premis ecce tuis.
— — — — celesti nominis hesso
| | | | | | | | | | gramma deus que legit
| | | | | | | monachus | | | | |."

III. P. 157—300. *Hrabani computus etc.* S. X. Quaterniones signati I—VII.

Pag. 159—274: *Hrabanus de computo.* «Dilecto fratri Machario monacho Hrabanus peccator . . . deus qui est benedictus in sæcula. Amen.»

Ed. in Baluzii Miscellaneis ed. Mansi II, 62—84, sed divisio capitum differt. — Cf. P. Wilh. Sidler, D. Kalender (Progr. Einsidl. 1872.) p. 17.

In fine additur: „Igitur ab initio mundi usque in aduentum domini secundum hebraicam veritatem sunt anni tria milia DCCCCLVI, secundum LXX vero interpretes anni VCXCVIIII [*suprascriptum:* niunzinc niunu.] Ab incarnatione autem domini agitur modo DCCCCXCVI [*suprascriptum:* nongentesimus nonagesimus sextus] annus."

P. 275: [*Epitaphium Herimanni abbatis Einsidlensis* 1052—1065.] «Multum defletus abbas . . . tria lustra sui.»

Ed. Dümmler, N. Archiv II, 602—603. — Cf. Chronique d'Einsidlen p. 86. Aliud epitaphium ex cod. **143**, 348 edit. ib. Cf. Leben d. h. Meinrad 167. — Pertz, Archiv 7, 1000. — Quellen z. Schweiz. Gesch. 13, 193.

P. 276—280: [*De pœnitentia.*] «*De pretio unius mensis.* Pro uno mense, quem quis . . . *De pretio anni vel diei* . . . *Sequitur* . . . *Item sequitur* . . .» P. 279: «*Item dicit Sanctus Bonefacius.* «Quomodo possumus pænitentiam . . . in elemosinam suam.»

Ed. Schmeller, Liturgia sacra III pag. XI—XIV.

Altera manu additur: «Ecce diversorum patrum diversas opiniones de remediis peccatorum vel de leviganda pœnitentia posuimus, in arbitrio prudentis sacerdotis relinquentes, quod salubrius et utilius animæ pœnitentis esse decernat.»

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249.

P. 280—281: [*Varia remedia*] *Ad faciem splendidam faciendam.* Uvæ amineæ radicem . . . Ut non se mutet vinum . . . *Ne Lupus pecora noceat* . . . *Ad nares.* «Sangui stati stupi de nasu N . . .» etc.

Eadem fere in cod. **29**, 101 et **321**, 26.

P. 281 [alia manu: *Hucbaldus de fistulis organi.*] «Si fistulæ æqualis grossitudinis . . . semitonium erit.»

Ed. Gerbert, Script. de musica 1, 148. Denuo Schubiger ex cod. Bern. 56 f. 2, 3. in Musik. Spicileg. 84—85 cum interpretatione germanica ib. 89. — Cf. idem in Pflege. d. KG. 9. — In cod. Berolin. Phill. 180 idem invenies. Cf. Rose l. c. 1, 397.

P. 282: [*Bedæ carmen de diebus Aegyptiacis.*]
«Si tenebræ Aegyptus greco sermone vocantur . . .
Dat duodena cohors septem inde decemque December.»

Ed. Riese Anthol. lat. 736. Contulit J. Werner. Cf. Rhein. Museum 1887 p. 637—639. — Idem in codd. Sangallens. 338, 3. 450, 3.

„III. Non. Januar Θ . . . VIIII Kal. Jan. Θ."

P. 283—284 [altera manu: Dimidio abscissum. *Fragmentum lectionarii. De ieiunio IV Temporum.*]

P. 285—291 [alia manu s. XI:] *Varii versus de computo etc. Terminus quadragesimalis. Terminus pascalis, Versus de æquinoctiis . . . de initio hiemis et æstatis . . . decennovenalis cycli . . .* sex feriarum *ad regulam . . . ad regulam lunæ . . . de singulis mensibus . . . de inventione mensium . . . thtractikωn autenticum de singulis mensibus.*

Partim editi sunt isti versus inter Walahfredi carmina dubia ed. Dümmler, Mon. Germ. Poet. latt. II, 422—423.

Iidem versus habentur in cod. **321,** 17. et in codd. Sangallensibus 184, 251 etc.

P. 292: [*De zodiaco.*] «Respicis apriles . . . tempora pisces.» (Idem Nr. **321,** 135.) [*Item aliud.*] «Primus adest aries . . . ludere pisces.»

Ed. Bedæ oper. 1, 434.

P. 293: [*8 Versus cicli anniversalis.*] «Linea Christe tuos . . . novissimus ordo.»

Ut in codd. Sangallensibus 248, 251, 450, 459. Cf. Scherrer p. 537.

[*Prisciani 12 versus de signis stellarum.*] «Ad Boreæ partes arcti vertuntur . . . Eridanique fluenta.» Ut **29,** 238.

P. 294 [alia manu s. XI: *Varia notata. De momento.*] *Septem pœnæ Cain.* (alia manu:) *Prô febre.*

P. 295—298 [alia manu s. XI: *De ratione abaci.*] «Singul. numerus per sing. multiplicatus habet . . . particulatas multiplicabitur.»

P. 298—299: [*Fragmentum de ludo scachorum.*] «*De aleæ ratione.* Candida si fides fuerit sibi . . . prælia tota ruunt.»

Cf. integrum carmen in codice **365,** p. 94—95. Ed. Hagen, Carmina p. 139—141. Cf. ibid. p. XVI et 236. — Idem Räthselpoesie p. 34.

P. 300 [alia manu s. X:] *Dedicationes ecclesiarum.* Mediolano [Meilen] et Steveia [Stäfa] in Brittona [Brütten?] in Vuaganun [Wangen Ct. Zürich?]

Cf. **29,** 1. — Nüscheler, Gotteshäuser d. Schweiz I (Zürich 1864) p. 382—84.

[*Hymnus.*] «Egredere Emanuhel, quem nuntiavit gabriel . . . per infinita sæcula. Amen.»

Cf. Chevalier. Repert. hymnol. 5261.

Folium Terentii, olim operculo adglutinatum (Pertz, Archiv 7, 391) iam est pars cod. **362.**

---

320. (4. Nr. 79.) **(Burkardi Fry computus.)**

S. XV (1436.) Charta. 4⁰. 342 pp (recte 361 quia 180—200 et 233 bis numerantur, omittuntur vero primum folium et pp. 232, 235, 251, 327, 332.) Charta humectatione squallida. Quindecim sexterni numerantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 2—334: [*1202 versus de computo, in tres particulas comprehensi.*] «Scribere clericulis paro per nova metra novellis, Et metra per vetera . . . Cum reprobis pereant, sed ut intrent alta polorum.»

P. 1—341: [*Commentarius.*] «Ad laudem et gloriam domini nostri Jesu Christi et gloriosæ virginis Marie . . . agnus pascalis in sæcula sæculorum benedictus. Amen. Et sic est finis huius tertie particule nec non totius opusculi seu computi, editus compilatusque a Reverendo magistro Burkardo rectore scolarum Constantie. Scriptus per me Johannem Hächinger de Vinfeldia [Rinfeldia?] tunc temporis Constantie frequentantem. Anno domini 1436 in vigilia Sancti Michahelis angeli etc.»

Nomen completum auctoris Burkardi Fry habes in codice 732 fol. 141' a. 1429.

Cf. P. G. Morel, Pertz, Archiv 8, 743. — Neues Schweiz. Museum V (1865) p. 34. — P. Wilhelm Sidler, d. Kalender. (Progr. Einsidl. 1872) p. 4. 18. — P. G. Meier, D. 7 fr. Künste (II.) (Progr. ib. 1887.) p. 9.

P. 342: «Ego Johannes Hächinger scriptor recepi I. lib. den. IIII. 3 VI den. videlicet pro sexterno XVIII denarios moneta Constantiensis et pro papiro.» [altera manu] Summa pro toto . . . [cetera evanida.] «Item correctori presentis detur de sexterno 4 nummos (?) et reverentia vestra habeat pro servicio quod pro tanto labore nollem capere X 3 den pro | | | | | | unum librum corrigere.»

Scriptor huius libri est idem qui anno 1444 scripsit carmen Rudolfi de Radegg in archivio Einsidlensi exstans. Cf. Geschichtsfr. 10, 171 nota.

---

321. (4. Nr. 97.) **(Computus. Quæstiones morales.)**

S. X—XIII. Membr. 321×169. 198 pp. (recte 200 quia p. 3 quater numeratur p. 15 omittitur.) Deest initium et finis. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Pag. 19. 91. 135 maniculæ H. de Ligertia.

I. P. 1—26. *Computus, Kalendarium etc.* s. X. Ab initio tria folia resecta sunt et unum inter pp. 22 et 23. Quaterniones non signati.

P. 1—2: *De luna quota sint in Kalendis mensium.*

P. 3: [*Mappa mundi satis rudis.*]

P. 3 bis—3 quater: *Cursus lunæ per duodecim signa.*

P. 4—16: [*Kalendarium.*] «Principium Jani sancit tropicus . . . dies horas VI.»

Die 22 Jan: Meginradi Mart. 4 Maii altera manu s. XI: Manegolt monachus ordinatus. 11 Sept: Turigo Felicis et Regulæ. 4 Oct: (altera manu) Manegolt monachus defunctus est. 16 Oct. Galli confessoris. 3 Nov. Depositio sancti Pirminii confesso. 16 Nov. Deposit. S. Otmari.

P. 17—18: *Terminum quadragesimale* ut **319**, 285.

P. 19—20: *Computus Græcorum.*

P. 21: *Incipiunt somniales* [duabus columnis.] «Luna I quiquid videris . . . fiat somnium tuum.»

P. 21—24: *Cycli decennovenales* 20—26 annorum 893—1025; exciderunt tamen anni 930—985.

P. 25—26: *Unde oriatur saltus lunæ.* [*Varia remedia.*] *Ad flegmam incidendam . . . ad faciem splendidam faciendam . . . Ut non se mutet vinum . . . Ne lupus peccora noceat* etc. Cf. **29.** 101; **319**, 280.

P. 26: *De Racione temporali.* «Si prima feria fuerit Kal. Jan. hiems bonus erit . . . et casæ cremabuntur.»

Ed. sub titulo „*Pronostica temporum*“ inter Bedæ opera. Ed. Colon. 1612. T. I., 390. Ed. Migne 90, 951. Idem sub nomine Esdræ in cod. Escurialensi Q. II. 22 s. XII. Cf. N. Archiv 6, 272 et Hartel, Biblioth. Patr. lat. Hisp. Wien. Sitzgsber. 111 (1886) p. 525. Cf. supra cod. **72,** 60′, quod tamen valde differt et **116,** 185.

Præcepta medicinalia cum glossa theotisca ed. Steinmeyer AHDG. 4, 370. 425—426.

II. P. 27—156. *De computo.* S. X. Quaterniones I—VIII.

P. 27: [*De saltu lunæ* (?) Pene evanidum.]

P. 28: *Cursus lunæ per XII signa.*

Ut supra p. 3 bis.

P. 29—40: [*Kalendarium.*] «Principium Jani . . . horas VI.»

Pauca nomina sanctorum occurrunt.

P. 41—69: [*Tabellæ concurrentium epactarum etc.*]

P. 70—71: *De ponderibus.* «Ponderum pars minima . . . centum libris constet.»

P. 71—73: *De mensuris.* «Mensurarum in liquidis . . . sunt modia LX.»

P. 73—82: [*Variæ regulæ de computo.*] «Si scire cupis annos ab initio mundi . . . decennovenalis transilitur.»

P. 75 indicatur annus domini 809.

P. 82—125: *[De numero.] «Hebrearum litterarum interpretatio . . . Litteræ grææ cum significatione numerorum. De variis nominibus numeri . . . de incrementis numeri, de die, de nocte.* (107:) *De bissexto Augustini* . . . in una die. Hæc de numero sufficienter exposuimus. Finit.»

Sæpius excerpta longiora ex operibus Bedæ apponuntur.

P. 125—135: *Incipit de pagina regulare qui conputare non didicit.* [*Prefatio.*] (125—126) [*Beda De temporum ratione cap. XIX.*] «Si quis vero etiam calculandi minus idoneus . . . observatione traditum.»

Ed. Giles VI, 186—187.

P. 126: *De ætate lunæ si quis conputare non potest.* [*Bedæ l. c. cap. XXIII.*]

Ed. Giles p. 192.

P. 126—131: *De bissexto . . . concurrentes septimanæ . . . De communibus et embolismis . . . De conputa vel loquela digitorum.*

[Beda l. c. cap. I]. Ed ib. 141—144. — P. 127 et 128 annus præsens dicitur 751 & 743.

P. 131—133: *De minutissimis temporum spatiis.* [*Bedæ* l. c. cap. III.] Ed. ib. 146—147.

P. 133—134: *De ciclo lunari.* «Quinta circuli decennov . . . principium.»

P. 134—135: *De XII mensibus anni Hysidori.* «Mensis est luminis . . . alibi memoratum est.»

Cf. Isid. Etymol. V, 33 ed. Migne P. l. 82, 219.

P. 125: [*Versus de XII signis zodiaci.*] «Respicis Aprelis . . . tempora pisces.«

Ut supra **319.** 292. Inter Bedæ opera ed Giles VI, 180.

P. 135—136: *Hæc sunt XII signa cœli.* «Arietis primum signum Romani . . . maiores pluviæ profunduntur.»

P. 136: [*Vitia gentium.*] «Invidia Judeorum . . . tardiores ad sapientiam.»

Ed. Steinmeyer AHDG. 4, 426. Cf. Gerbert, Iter alem. 108. — Mon. Germ. Auct. antiq. XI, 2, 389.

P. 137—145: [*Cycli decennovenales* 19—30 annis 874—1101.] P. 138—140 in margine *Annales* S. *Meginradi* brevissimi ab anno 918—951.

Ed. P. Gallus Morel, Mon. Germ. SS. III, 138. Cf. Pertz ib. p. 137. et Archiv 7, 388.

P. 145—156: «*Incipiunt argumenti.* Optimum argumentum ad initium quadragesimæ et ad terminum paschale . . . a Pascha usque Pentecosten.»

P. 149 annus præsens ab incarnatione dni dicitur 728.

III. P. 157—198. *Quæstiones morales* initio et fine carentes. S. XIII. Nulla signa quaternionum. Binæ columnæ. Priora folia humiditate maculata. «est quod omne iudicium . . . continentiam potest quis servare.» Incipit in capite LXXXX° et desinit capite CXV.

Cf. Pertz, Archiv 8, 743. — Steinmeyer AHDG 4, 425.

---

322. (4. Nr. 94.) **(Boethii consolatio.) S. Wolfgangi monachi Einsidlensis et episcopi Ratisbonensis vita.**

S. X—XI. Membr. 198×142. 308 pp. (recte 310 quia 2 ter numeratur.) Sine signis quaternionum. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Maniculas appinxit H. de Ligertia.

I. P. 1—186. Boethius. S. X. Variæ manus.

P. 1: «Tempore theoderici regis . . . inferior fuit. Explicit.»

Ed. Peiper. A. M. S. B. phil. cons. Ll. V. p. XXX—XXXI.

P. 2—186: «*Incipit liber Boetii.* Carmina qui quondam . . . cuncta cernentis. Explicit.»

Ed. Peiper l. c. 3—145. — Migne P. l. 63, 581—862.

P. 1—53 multæ glossæ interlineares et marginales. Theotiscas ed. Steinmeyer AHDG. 2, 54—63. P. 158 partim alia scriptura abrasa est.

Cf. Peiper l. c. X. — Morel, E. H. d. l. KV. 249. — Steinmeyer l. c. 4, 426.

II. P. 187—308. [Othloni] *Vita S. Wolfgangi* [sine prologo.] S. XI—XII.

«*Incipit vita S. Wolfgangi confessoris.* Beatus igitur Wolfkangus natione suevigena . . . sanctosque illius laudauit. Explicit vita S. Wolfkangi episcopi.»

In margine pp. 187, 195 scripti sunt numeri I—VIII indicantes octo lectionum principia.

Ed primum ex hoc codice Mabillon, Acta SS. O. S. B. Sæc. V. p. 812—833 qui aliquem anonymum auctorem suspicatur. Cf. Sulzbeck, Leben d. h. Wolfg. p. X—XI. Anno 1841 P. G. Morel lectiones variantes excerpsit pro nova editione Mon. Germ. SS. IV, 527—542. Cf.

ibid. 521. Anno 1891 codex Bruxellas missus est ad Patres Bollandistas pro nova editione. Cf. Analecta Bolland. 8, 212, nota 2.

Ed. Acta SS. Boll 31. Oct. T. II. 1. Nov. 567—582. Cf. ib. 530, ubi asseritur non esse Othloni autographum, quod existimabat O. Ringholz, Studien u. Mitteilungen aus dem Benedictinerorden VII, (1886, I) p. 73.

Varia nomina theotisca in operculo descripta ed. P. G. Morel. Pertz, Archiv 8, 743.

---

323. (4. Nr. 7.) **Aristoteles ad Alexandrum de situ Indiæ. [! Vita Karoli Magni et Simeonis reclusi.]**

S. X, XI. Membr. 184×137. Quaternionum signa desunt. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia maniculæ et notæ passim occurunt.

I. P. 1—40. S. X. *Epistola Alexandri Regis Magni Macedonis ad magistrum suum Aristotilem de situ Indie et iterum vastitate.* «Semper memor tui etiam inter . . . optime Aristotiles ponderaris.»

P. 40 medietate abscissa, vacat.

Ut in codice **357,** 127—162.

Apocryphum sæpe editum. Editionis quam fecit A. de Bonstetten anno 1495, sine dubio hoc usus codice jam nullum superest exemplum. Büchi, A. de Bonst. Quellen z. Schweiz. Gesch. XIII p. IX. 143—145. — Geschfr. 3, 51. — Cf. Grässe II. 1. 539. — Favre, Mélanges, II. 80. — Jacobs & Ukert, Beiträge I, 385. II. Heft 4 p. X. — Müllenhoff et Scherer, Denkm. p. 328: Cod. Aug. 56, 16 Guelferbitan. Bruxellensis 5361.

II. P. 41—82: S. X. *Einhardi vita Karoli magni.* «Gens Meroingorum de qua Franci . . . devotione adimplere curavit.»

Desunt prologus Walahfridi et præfatio Einhardi. Ed. Jaffé, Biblioth. IV, 510—541. — Acta SS. Boll. 28. Jan. II, 878—887.

P. 82: «Hos tibi versiculos ad laudem . . . magni magnificum Karoli.»

Ed. Jaffé l. c. 506.

P. 41 manu H. de Ligertia: „Iste liber est loci Heremitarum.“

III. P. 83—106. S. XI. [*Eberwini abbatis vita S. Simeonis reclusi Trevirensis.*] Prologus deest. «Igitur vir dei Simeon patre Greco . . . resolidatis ascendit pedibus.»

Ed. Acta SS. 1. Junii I, 89—95. Idem in codice **247,** 430. In codice p. 94 desunt 29 lineæ nr. 15 & 16 et in fine nr. 34.

Pag. 106 vacat.

P. 83—106 scriptæ sunt primaria scriptura transversim directa abrasa cuius tantum vestigia remanent, præsertim pag. ultima ubi verba „fluminis impetus lætificat“ psalterium s. X indicare videntur.

Cf. Pertz, Archiv, 7, 180; 8, 743.

---

324. (8. Nr. 5.) [**Aristotelis Categoriæ; Peri Hermenias. Cicero Topica. Boethii Commentarii.**]

S. X. Membr. 160×160. 242 pp. Quaterniones non signantur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Maniculi H. de Ligertia passim.

P. 1 & 2 vacuæ. P. 3 [manu s. XI] idem ut p. 4. P. 4—38: [*Aristotelis Categoriæ interprete Boethio.*] «Incipit liber Cathegoriarum Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est. Secundum . . . omnes pæne sunt annumerati. Explicuerunt Cathigoriæ.»

Differt valde ab interpretatione Julii Pacii quam habes in edit. Academiæ regiæ Borussicæ, III, 1—8; sequitur vero satis accurate interpretationem inter opera Boethii, Migne P. l. 64, 163—293.

P. 38—53: [*Aristotelis, De interpretatione.*] *Liber peri hermenias.* «Primum oportet constituere, quid sit nomen . . . simul autem eidem non contingit esse contraria.»

Cf. edit. Acad. Borussicæ III, 8—13.

Satis convenit cum interpretatione Boethii quam habes P. l. 64, interpret. II[a] 398—638.

P. 54—72: [*De Dialectica.*] «Dialectica est bene disputandi scientia . . . ab eo quod est, deflexum est.»

P. 72—92: *Topica M. T. Ciceronis.*

Codice usi sunt C. Hammer a. 1878. Stangl, Th., Boethiana vel Boethii comment. in Cic. Topica emendatt. Mon. 1882. Orelli Præfat. Opp. Cic. p. VII. Cf. Bæhr, Lat. Lit. II, 397. — Teuffel 322. — Bücheler, Phil. 21, 123.

Scripturæ simulacrum fecit E. Chatelain, Paléographie d. class. lat. Fasc. 2. (Paris 1885) Pl. 21.

P. 93—242: *Boethii in Ciceronis Topica ll. VI.* «Exhortacione tua, Patrici . . . talis est ius fortuitarum rerum. Ipse textus Ciceronis non amplius hic continetur.»

Ed. Migne P. l. 64, 1039—1169. — Cf. Meyer v. Knonau, d. K. Schwyz. 254. — Orelli, Ciceronis op. 5, 1, 270—388: usus hoc „optimo codice". Cf. ibid. p. 269. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249.

---

325. (8. Nr. 15.) [**Varia Aristoteles. Sermones. Historiolæ.**] In operculo: *Sermones per Adventum et Quadragesimam uf pergament geschriben.*

S. X—XIV. Membr. 162×130. 180 pp. recte 182 quia 5 et 112 bis numerantur. Quaterniones non signati. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—57: [*Aristotelis peri hermenias; interpretatio Boethii.*] S. X vel XI. Variæ manus.

P. 1 et 57 vacant. P. 2: [*Quædam ex præfatione Boethii.*] «Iste liber inscribitur græce peri ermenias . . . speciebus ad genera.»

P. 3—55: «Primum oportet constituere quid sit nomen . . . non contingit inesse contraria.»

Ut **324.** p. 38—53. In margine multæ glossæ latinæ.

P. 56 [altera manu]: «Interrogatio genus est . . . animal homo.»

II. P. 58—128: [*Homiliæ in dominicas totius anni et aliquot festa. Vltima de Antichristo.*] S. XIII. Binæ columnæ. «*Dominica prima in Adventu.* Cum adpropinquasset Jesus Jerosolimam . . . in illo loco quo dominus celos conscendit.»

III. P. 129—138: [*Farrago rerum prædicabilium.*] Binæ columnæ.

P. 129: [*Vita fabulosa beati Silvestri mutila in fine.*] «Silvester urbis Romæ episcopus cum esset infantulus a vidua . . . Constantino apparentes dixerunt.»

P. 129—135: [*26 historiolæ miraculosæ maximam partem ex Cæsarii Heisterbacensis* Dialogis desumptæ, alio tamen ordine et omissis nominibus, multum abbreviatæ. P. 129 nr. 3: De quodam comite. Cæs. l. c. I, 29. P. 130 nr. 7: De usurario. Ib. II, 32. Nr. 8 item de usurario ib II, 33. Nr. 11: de hereticis. Ib. III, 17. P. 132 nr. 12. Ib. II, 21. Nr. 13. Ib. 22. Nr. 14. Ib. III, 26. Nr. 15 Ib. 3, 32. P. 133 Nr. 16. Ib. 3, 13. Nr. 17 Ib. II, 11. P. 135 Nr. 23 Ib. 7, 3. Nr. 26 Ib. 7, 21. [Desinit abrupte.]

P. 136—139: *Sermones de Annunciatione. De S. Marco, de mortuis, de passione* [desinit abrupte.]

Cf. Pertz, Archiv 8, 743.

IV. P. 139—144. [*Sermones.*] S. XIII. P. 139 unica, p. 140—144 binæ columnæ. «[L]Etificabo eos in domo orationis mee . . .»

Culter bibliopegæ partem textus in margine abstulit.

V. P. 145—168. [*Sermones.*] S. XIV. Manus antiqua folia numeris 123—139 signavit. Binæ columnæ. Mutilum in fine. *De S. Michahele. In conversione Pauli, in purificatione B. Virginis, in dedicatione ecclesie, de Trinitate, de cognitione et dilectione Dei, de beato Bartholomeo, in Adventu, de Jacobo Maijore, de Margarita virgini, S. Thomæ apostoli, in Nativitate Domini; de Innocentibus*, mutilus in fine]. P. 161 aliqua verba germanica intermiscentur.

VI. 169—180. [*XIII Sermones.*] S. XIV. Variæ manus.

[*De annuntiatione.*] Fere idem ut p. 136. [*De S. Marco* valde simile p. 136. *De S. Vito, Purificatione, Predestinatione, Dedicatione, Lazaro, Ostium apertum in celo, Petrus servabatur in carcere, Vidi hostium apertum, de penis inferni, Vos estis templum, Beati mortui.*

326. (8. Nr. 13.) [**Notæ. Gesta Salvatoris. Liber pœnitentialis. Inscriptiones Romanæ. Inventio crucis.**]

S. IX—X. Membr. 178×126. 104 folia. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ et corrigia clausæ.

I. F. 1—10': [*Valerii Probi Notæ.* Unicus quinternio.] «*Incipiunt notæ Julii Cæsaris.* CCEE causa conventa esse . . . Z. Mille Mil. Explicit.»

Codice usus est Th. Mommsen pro editione in Berichte d. kön. Sächs. Gesellschaft d. Wissenschaften. Philol. hist. Cl. V. (Lpz. 1853) p. 112—127. Idem Grammatici latini, ed. Keil, 4, 317—330. Cf. ib 270 et 315—316 et Hagen Supplem. p. XVI nota. — Teuffel, R. Lit. 300, 4 (p. 732.) — Mabillon. Analecta 358. — De Rossi Inscript. II. 1. 9.

II. F. 11—34': *Gesta Salvatoris [Gesta Pilati, Evangelium Nicodemi.]* S. X. Nulla signa quaternionum.

P. 11—29'. Gesta salvatoris: «*In nomine sanctæ trinitatis incipiunt Gesta Salvatoris domini nostri Jesu Christi inventa Theodosio magno imperatore in Hierusalem in prætorio Pontii Pilati in codicibus publicis.* Factum est in anno XVIII . . . in prætorio meo. Explicit II Jesu Christi domini nostri.»

Variantes lectiones ex hoc codice ed. J. J. Hess, Bibliothek der heiligen Geschichte. I. (Zürich 1791) 433—483. — Ed. Tischendorf, Evangelia apocrypha, Lips. 1853, 312—410 et alii. — Idem in codd. **169**, 60 et **250**, 375, et in Engelbergensi 44, 9, Cremifanensi 3. — Cf. Schmid, Catalog. p. 37—28 ubi codices et editiones enumerantur.

P. 29'—34: «*Incipit notitia qualiter Tiberius Cæsar pro ipso Hierosolimam direxit.* Factum est autem cum Tiberio . . . dei filium . . . sæculorum. Amen.»

III. Fol. 35—66: *[Liber pœnitentialis.]* S. X. Nulla signa quaternionum.

«*Quod diversitas culparum diversitatem faciat pœnitentiarum.* Diversitas culparum diversitatem . . . penitere per omnia debet.»

Desinit abrupte. Fol. 35—37 medium edita apud Kunstmann; Die latein. Pönitentialbücher der Angelsachsen. Mainz 1844. p. 32—34. Codice usus est Schmitz anno 1882. Cf. Schmitz, Bussbücher, Mainz 1883. p. 609. — Rose, Berlin. Lat. Handschr. 1, 223.

IV. F. 67—97': [*Inscriptiones, Itinerarium etc.*] S. IX. Quaterniones signantur I et III. Ab initio unum folium excidit. — H. de Ligertia hinc inde maniculas apposuit.

P. 67—79: [*Inscriptiones Romanæ. Sylloge Einsidlensis sive Reichenauensis, sive Anonymus Einsidlensis.*]

«In ponte Tiburtino. Imperante dn piissimo . . . *COY KAONYM.*»

Primus edidit ex hoc codice unico Mabillon, Analecta vett. ed. anni 1658. IV. p. 481 seqq. Edit. 1723, p. 359—364. Cf. ibid. 358. — De Rossi, Inscriptiones christianæ urbis Romæ II. 1. 18—33.

Cf. infra Itinerarium. Singulæ inscriptiones hinc inde editæ v. gr. in Corpore inscript. latt. vel inscriptiones Damasi apud Migne P. l. 13, 378, 382, 399, 400 et in aliis collectionibus.

P. 79'—86: [*Itinerarium urbis Romæ vel Regionator Einsidlensis.*] «*A porta S. Petri usque ad S. Luciam.* in Orthea. In d[extra] circus flaminens. In s[inistra] S. Laurentii . . . forins. II LXVII.»

Ed. Mabillon, Analecta 364—366 copia usus P. Placidi Reding, qui tamen quæ in dextra et sinistra sunt, misere confudit. Cf. eiusd. iter german. 30. Denuo edidit cum aliquot inscriptionibus Fr. Blanchinus in edit. Anastasii bibliothecarii (Romæ 1718—1725) quam recudit Migne P. l. 127, 347—366. — Dein Hänel apud Jahn et Klotz, Neue Jahrbücher f. Philologie. Supplement. V. (Lips. 1835) p. 115—138 ex quo hausit Höfler, Deutsche Päpste I. (Regensb. 1839) 320—324. Cf. ib. 319. — Urlichs, Codex urbis Romæ (Wirceburgi 1871) p. 58—69. — G. B. Rossi, Inscriptiones christianæ urbis Romæ I (1861) p. VI*. II (1888 p. 9—35. 41. 75. 123. 154. 156. 336. 340—342. 457. 465. 467. Tab. 1 exhibet Facsim. p. 68. — Cf ib. 465. Id. Le prime raccolte d'antiche iscrizioni. Roma 1852. p. 3, 15, 105—145. — Id. Roma sotteranea I (Romæ 1864) p 135. — Id. Boll. dell' Ist. di corrisp. arch. 1853. p. 128. — R. Lanciani, l'itinerario di Einsiedeln (Monumenti antichi I, 3) Roma 1891. — Cf. Be-

schreibung d. Stadt Rom v. Platen, Bunsen I (Stuttg. 1829) p. XIV. — Bursian, Gesch. d. class. Philologie 37—38.— Dantier, Rapports 30. — Gerbert, iter alemannicum. 78. — Gfrörer, Gregor VII. 5, 727. — Gregorovius, Gesch. d. Stadt Rom 3, 547. — Grysar, Zeitschr. f. kath. Theologie 10 (Innsbr. 1886) 737. — Idem (?) ibid. 13 (1889) 147. — Hettinger, aus Welt u. Kirche (3 A.) II, 338. — Jordan, Topographie d. Stadt Rom im Alterth. 2, 329 seqq. — Kuhn, Roma 438. — Kühne, P. G. Morel 143—149. — Meyer v. Knonau, d. K. Schwyz 254. — Mommsen, Epigraphische Analecten, Berichte d. k. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. IV. (Lips. 1850) p. 287, seqq. Mommsen et Aschbach, Rhein. Museum für Philol. N. F. IX. (Frankf. 1854) 296, 301—303. — Morel, Jahresbericht. Einsied. 1855. p. 12. — Idem E. Handschr. d. lat. KV. 251. — Reumont, Gesch. d. Stadt Rom II, 172. 174. III, a. 296. 313. — Specht, Gesch. d. Unterrichtswesens 311. — Wattenbach, Deutschl. Geschichtsquellen (4 A) I. 229. — Ziegelbauer, Hist. rei litter. I, 585.

F. 86'—88': [*Cærimoniæ Romæ usitatæ tribus ultimis diebus hebdomadæ sanctæ.*] «Feria V ad matutinum non dicunt Domine labia . . . ad confirmandum populum.»

Ed. J. B. Rossi, inscriptiones christianæ urbis Romæ II. 1. (Romæ 1888) 34—35 et 757. — Simile quid ed. Gerbert, Monumenta vet. liturg. II, 144 e codice Thuricensi s. IX. Denuo ed. partim P. H. Grysar S. J. Zeitschr. f. kath. Theol. 10. (Innsbruck 1886) p. 737—738. — Cf. Tübinger Q. Schr. 1890. p. 192.

F. 88'—97': [*Varia poemata.*]

Accurate descripsit Th. Mommsen, Handschriftliches zur latein. Anthologie I. in Heidelberger Jahrbücher. Rhein. Museum N. F. IX. 1853, p. 296—301.

F. 88'—89: (. . .) «Quadam nocte niger dux nomine . . . præditus atque sui.»

Ed. Riese, Antholog. Carm. 727.

F. 89'—90: *Monastica* [*Monosticha*] *de ærumnis XII Herculis.* «Prima cleonei . . . meta laboris.»

Ut **302**, 2.

F. 89—91: [*Alcuini?*] *Conflictus versis* [l. veris] *et hiemis.* «Conueniunt subito . . . cuculus per sæcula salve.»

Ed. Dümmler, Mon. Germ. Poet. lat. I, 270—272. — Bedæ opera ed. Giles I, 35—37. Frobenii Alcuini op. II, 612. — Cf. Morel, E Handschr. d. l. KV. 243. — Uhland, Pfeiffer, Germania 5, 265. — Scheler, Serapeum 4, 79.

F. 91: [*Distichon de inuidia.*] «Justius inuidia . . . excruciatque animam.»

Ed. Mommsen l. c. 298.

[*Decastichon hexametrum.*] «Titire tu fido . . . consueruet gratia semper.»

Ed. Riese, Anthol. n. 665 e codice Angelicano s. XI.

F. 91—92: [*Nota de nominibus animæ. Alcuini,* de anima c. 11. Ed. Froben II, 146.] «Anima pro diuersis artibus . . . sentit sensus est.»

F. 91': «*Ad Septitianum.* Decipies alios . . . dissimilator eris.»

Est ultimum distichum epigrammatis Martialis 4, 89

F. 91'—98': [*Dittochæum Prudentii de ueteri et nouo Testamento.* Ut in cod. **316**, 105—111. Ed. Migne P. l. 60, 89—112.

«*Epitaphium Geroldi* [fratris Hildegardæ reginæ.] Mole sub hac . . . hic clausit honore.»

Ed. Mommsen, Rhein. Mus. 9 (1854) 299. — Dümmler, Mon. Germ. Poet. lat. 1, 114. — Idem in cod. S. Galli 899, 57. Cf. Scherrer 537.

F. 97': «*Epitaphium Bernaldi* [episcopi Argentoratensis † 17 April. 840, auctore *Walahfrido Strabo?*] Quamuis magna piis . . . prudententia partis.»

Finis deest. Ed. Mommsen l. c 300. Dümmler l. c. 420—421. — Cf. Pertz, Archiv, 7, 180; 8, 743; — Rossi, Inscriptiones l. c. 10.

V. F. 98—104': [*De inventione S. Crucis vel Acta apocrypha S. Judæ — Quiriaci.*] S. X. Nulla signa quaternionis.

F. 98—104: «Anno ducentesimo trigissimo (!) tertio post passionem domini regnante uenerabili . . . percutiens pectus suum exclamauit.»

Desinit abrupte. Ed. Acta SS. 4 Maii I, 445—447. E.

Idem in cod. **247,** 246.

F. 104' [altera manu litteris uncialibus s. X. vel XI: *Epitaphium Xanthippæ Parmæ.*] «D. M. XANTIPPES siue . . . LVCILIANVM CASSINVM.»

Ed. Gruter, inscriptiones 660, 1. — Rossi, inscriptiones christianæ II I. p. 41. Cf. p. 10. 465. Ib. I. p. VI*. — Mommsen, l. c. 296—297. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 255.

F. 1 manu s. XIV: „Liber domni Ulrici de Murtzuls." F. 104' manu H. de Ligertia: „Iste liber est monasterii Fabariensis." [id est Pfäfers.] Cf. Rossi, l. c. II. I. 9.

---

327. (4. Nr. 28.) **De proprietate rerum. Ciceronis Synonima. Epistolæ Casparini, Eneæ Silvii, Eugenii IV etc.**

S. XV. Charta. 214×145. 245 pp. (recte 246 quia 3 ter numeratur, 101 omittitur. Paginationem falsam inde a p. 200 ego correxi 1893.) Signa quaternionum desunt. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

I. P. 1—92. P. 1 vacat. P. 2 figura B. Mariæ cum corona et puero in brachiis.

P. 3—58: «Incipit *liber de proprietate sermonum.* Inter polliceri et promittere hoc interest . . . vesperum neutri item est secunde declinationis.»

P. 59—92: [*Synonima Pseudo Ciceronis.*] «Cicero Lucio Veturio suo salutem. [C]ollegi ea que pluribus modis . . . Prestolatur. Expectat. Sustinet.»

Ed. Orelli (ed. 2.) 4, 1063.

II. P. 93—245. *Variæ Epistulæ.*

P. 93—219: [*Epistulæ Gasparini Pergamensis.*] «Excusatio apud amicum quod suum famulum reiecit. Gaudeo plurimum . . . consilio tibi deero. Vale.»

Ed. Joh. Prüss, Argentorat. 1486. Incun. 382, 2.

P. 220—225: [*Aenee Sylvii epistula*] «*Consolatoria.* Eneas Silvius episcopus Tergestinus domino Caspari Slich, imperiali cancellario s. p. d. Eger est animus tuus . . . Vale optime ex Pisino Histrie opido ydibus Septembris 1448.»

Ed. Nr. CX. in edit. Norimberg. (Koberger) 1486.

P. 225—226: «*Oratio Nycolai de Wile.* [Mantuæ 1459.] Deceret forsitan sanctissime pater ut more . . . me recommendat etc.»

Ed. ex hoc codice J. Bächtold in Zeitschrift für Vergleichende Litteraturgeschichte und Renaissance-Litteratur hrsg. v. Koch u. Geiger. N. F. I (Berlin 1888) p. 349—350. Cf. ibid. p. 348. — Bächtold. Gesch. d. deutsch. Lit. in d. Schweiz. Anmerkg. p. 54.

P. 227: [manu Alb. de Bonstetten *varia exempla pro exordiis epistolarum*]. «Serenissimo et invictissimo principi et domino domino alfuncio . . . ac apprime observando.»

P. 228 vacat. P. 229 [eadem manu:] *Eneas Silvius poeta.* [*Oratio fictitia Hannibalis ad Lucretiam filiam regis Epiri.*] «Hanibal dux nümidie S. P. D. et se ipsum singularem . . . referens nimis, nimis ardeam.»

Ed. inter Epp. Aeneæ Sylvii ed. Norimberg. 1486. Nr. CXXIII. Inc. 369.

P. 230—243: [alia manu: *Eugenius IV contra concilium Basileense.*] «Eugenius episcopus servus servorum dei universis Christi fidelibus salutem et apostolicam benedictionem. Deus novit, secretorum omnium optimus perscrutator . . . eternam gloriam mereamini. Amen.»

Cf. Raynaldi annales anno 1436 T. 28, 202—218 a quo tamen codex omnino differt. — Pertz, Archiv 8, 743.

P. 244—245 vacant.

Operculo agglutinatum fragmentum diplomatis latini s. XV.

---

328. (4. Nr. 57.) **Ovidii de amore cum glossa, item Auli Persii satyræ, item Prudentii carmina; item Aeneæ Sylvii somnium cum eius epistolis.**

S. XV. (ca. 1465.) Chart. 223×153. Priora sex folia vacua non numerantur. 336 paginæ. Duoderni (?) signantur 1—15. Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio fusco obductæ.

P. 1: «*Fulco ad vetulam.* Sunt admirande mulierum . . . forma virilis amat.»

Ovidius de Metamorphostos. «Pronaque cum spectent animalia cetera . . . consumuitque omnia morte.»

P. 2 vacat. P. 3—47: [*Ovidius de amoris remedio.*] «Micius est lasso digitum . . . carmine sanati femina virque meo.»

Passim additur commentarius, vel post textum vel ad marginem.

P. 47: [*Testrastichon scribæ.*] «Ut gaudere solet . . . ipse quidem.»

Idem infra 156 et 233 et in cod. **302,** 110. Cf. ib.

P. 48 vacat. P. 49—76: *Persii Satyræ VI.* «[N]ec fonte labra caballino . . . tui finitor acervi.»

Prima tantum pagina glossas tum interlineares tum marginales exhibet.

P. 77—94 vacant. P. 95—96: *Prudentii Hamartigeniæ peroratio.* «O dee cunctiparens, animæ dator . . . letus clementer aduret.»

Ed. Migne P. l. 59, 1077—1078.

P. 97—118: *Jesuida Hieronimi de vallibus Paduanis* ad reverendissimum in Cristo dominum dominum Petrum Donato regie urbis

Padue præsulem dignissimum, dominum suum colendissimum. «[M]axime cœlicolum supera . . . ad oscula flexi.»

Multæ occurrunt glossæ tum interlineares tum marginales. Idem in cod. **317,** 21.

P. 119—124: [*Guarini Senioris*] *elegia Alde.* «[H]ac quicunque via . . . nostra inhumata feris.»

Huius elegiæ fit mentio infra p. 302 in epistola Theobaldi de Ulma. Extat etiam in codice Basileensi; cf. Hänel, Biblioth. 523.

P. 125—133: *Prudentii Enchiridion sive Dittochæum.*

Ut in codd. **316,** 105 et **326,** 91'. Ed. Migne P. l. 60, 89—112.

P. 134 vacat.

P. 135—137: [binis columnis] *Prudentii hymnus circa exequias defunctorum.* [Cathemerinon X.] «Deus ignee fons . . . liquido spargemus odore.»

Ed. l. c. 59, 875—888.

P. 130—140: [*Lactantii carmen de resurrectione.*] «Salve festa dies . . . ubere lacte sinu.»

Cf. cod. **317,** 63. — Morel, E. Handschr. d. K. V. 252. 258.

P. 141—142 vacant. P. 143—156: [*Pseudo-Ovidius puellarum carmen de duobus amantibus.*] «Summi victoris fratrem . . . es miser omnis. Explicit in vigilia S. Petri apostoli 1466»

Ed. P. Leiser, Hist. poet. lat. 1068 et Goldast, Ovidii Erotica, Frankf. 1610.

Additur: Ut gaudere solet . . ut supra p. 47.

Inter p. 156 et 157 4 folia excisa.

P. 157 variæ variorum sententiæ. P. 158 vacat.

P. 159—188: *Plauti Amphitrio.* [I]n faciem versus Amphitrionis . . . summi causam clare plaudite.»

Usus est hoc exemplari anno 1859 H. Köchle.

P. 189—196 vacant. P. 197—242: [*Variæ Epistolæ Eneæ Sylvii.*]

P. 197: «*Somnium enee Silvii* poete imperialis secretarii, demum in episcopum Senensem electi posthac in cardinalem ac demum in summum pontificem. Pius 2us voti ab enea irati. (?) Incipit fœliciter. Pius silvius poeta Salutem p. d. domno Procopio de Rabenstain militi literato . . . VI° Kal. Julii 144to (!) ex Vienna.»

Ed. Koberger Norimberg. 1486. (Incun. 369. Hain 154.) Epist. CVIII.

P. 207: [*Idem ad Sigismundum ducem Austriæ.*] «Efflagitasti modeste . . .» Ib. Nr. CXXII.

[*Idem S. Francisco de Roma advocato consistoriali.*] «Quereris mi Francisce . . .» Ibid. XIV.

P. 209—214: *Responsio data Bohemis seu oratoribus regis Bohemie per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Pium divina providentia Papam II. anno 1462 die Mercurii ultima mensis Martii.* «Superioribus diebus . . . secula seculorum. Amen.»

Pluries editum. Cf. Pastor, Gesch. d. Päpste. II, 159—160 qui plures codices indicat, v. gr. Cremifanensis 4, f. 103—105. — Schmid, Cat. l. c. 63—64.

P. 214—217: *Dionysio archiepiscopo Strigoniensi S. Rom. eccles. presb. Cardinali.* «Res nova pater . . .»

Ed. Norimberg. nr. XIII.

P. 218: *Idem Gregorio Heimburgensi.* «Cicero cum aduc invenis . . .

Ed. ibid. CXX.

P. 220: *Magistro Francisco de Fusce.* «Anthonium Luscum super . . .»

Gaspari Novariensi. «Accepi volupe tuas litteras . . .» Ib. nr. CIV.

P. 221—223: [*Triplex problema.*] «Aderat nuper cesarea maiestas . . . iudicio nichilominus salvo.» Ib.nr. CIV.

P. 234—236: Idem *Amidano Jurisconsulto.* «Si numerum variarum . . .»

P. 236—238: *Joh. Ptolomeo patruo suo.* «Elegisti ut audio . . . nec estus. Vale.»

Ed. ib. nr. V.

P. 238—242: *Caspari Schlick imperiali cancellario.* «Eger est animus . . . Idibus Septembris 1448.» Ib. CX.

P. 243—251: [Exercitia rhetorica de periodis.] «Tanta est enim bonarum artium . . . fructus elici possit.»

P. 251—257: *Aliqua dicta uariata per Steffanum Fliscum imitandi et excercendi ingenii causa.*

De auctore cf. Fabr. 1, 576.

P. 257—271: *Epistolæ quædam excercitandi causa factæ.* Nominantur Johannes Rechberger, Lantgravius Hassie, Henricus Mülhusensis, Thau etc.

P. 272—274: [*Varia rhetorica.*] P. 275—276 vacat.

P. 277—278: [*4 Epistolæ Gasparini.*] «Multa sunt si mihi . . . inhumanum te tibi ipsi (?) prebeas. Vale.»

Ed. Argentorat. 1486. (Inc. 454, d. fol. 46.)

Responsio: «Nunquam tuas litteras lego . . . esse et loqui. Vale.»

Ibid. fol. 46'.

Quod non facile credatur diffamantibus alios. «Quid de me sencias . . . frugi hominem placere. Vale.»

Ed. l. c. nr. 17. fol. 7.

Responsiva (?) ad precedentem. «Satis spectata est . . . ne mihi (?) tuorum cedam. Vale.»

Ed. ib. nr. 18. fol. 7'—8.

[Sequuntur quinque versus *de hieme*: „Semper hyat duris — — placies incarcerat undas."

P. 279—288: [Aeneæ Sylvii *Epistolæ.*] Johanni de Aich, episcopo Aichstettensi.

Ed. ut supra Nr. LXXIX.

P. 280: Wilhelmo de Lapide. Ibid. nr. CXI.

.P 286: Genitori suo. Ibid. nr. XV.

P. 288: «Peritissimo ac illustrissimo Augustensium pretori domino Sigismundo Gossembrot frater *Sigismundus Müsterlin* suus devotus alumpnus et amicus prosperitatem vite presentis et eius que est futura optat cum salute. Memor hospitii et sponsionis . . . ut assoles. Ex Padua Venetiarum urbe sacraque monastice vite clausula Case sancte Justine a die VI anni 1461.»

P. 291: [Eneæ Sylvii ep. XXIII.] Berchtoldo Lunenbergensi.

P. 291—302 [Altera manu:] *Theoboldi de Ulma Epistolæ etc.* «Illustrissimo Anthiochi Neronisque sectatori Georio [Podiebrad] regi Hussitarum sancte Romane ecclesie inimico Prage residenti. Theobaldus N. de Ulma Georio regi Hussitarum sua memorari novissima exoptat fideliter. Utinam saperes . . . fuerit amenda. Ex Ulma XI° Kal. mayas.»

«Cuius facecie ac lepiditates undique refulgent. N. amico sibi gratissimo Ulme commoranti. Posteaquam nittidum [!] (ut ita loquar) Tytau . . . datum VII Ydus May 1462. Theobaldus N.»

P. 292—295: [*Narratio de prælio Ulmensi 1462.*] «Albertus dei gratia marchio Brandenburgensis, vir evo [?] maturus sanisque consilii . . . Editum VII° ydus Augusti 1462°. per T. S. d. U[lma.]»

P. 295—297: «Domum nudius tertius mi W. salvam . . . Sit superis opto mutua cura tui.»

P. 297—301: «Tu fac queso promissa appareant ipsa. T. I. S. Et si te aduc scribendi . . . non ingratas. Ex edibus meis VIII Kl. Aprilis.»

P. 301—302: «Inexpugnabile mihi extat patria castris. I. I. S. Grate michi fuere . . . etiam atque etiam velim. Ex V[lma] 3° Kal. Augusti.»

P. 303—307: [Ficta oratio *de amicitia.*] «Si quis me forsitan roget, . . . nostro semper fixum teneatis.»

P. 308—309: [*Aeneæ Sylvii oratio*] *coram serenissimo Alfonso regi* [*!*] *Portugalie Anno 1471. Propositio hæc facta est in urbe Ulixbonensi.* Incumberet michi hodie . . . manifestius inseremus.»

«Eodem tempore ad imperatorem tunc futurum [?] oratio facta in presentia regis et sui parlamenti.»

P. 310—312: [*Idem gratulatur Leonoræ.*] «Sermo meus rex serenissime . . . in nomine P. et f. et S. S. Amen.»

P. 313—314: *Idem nepoti suo* Anthonio S. «Retulit mihi Namnes [?] pater tuus . . . dicas accipiam.»
Ed. Norimb. nr. IV.

P. 315—322: [*Oratio de sæculi iniquitate.*] «Bernardus de N. obsecutor humilis ecclesie N. dulcissimo suo patri reverendissimoque domino N. Episcopo N. viro maturo et prudenti . . . Nudius tertius cepi mecum mirari super iniquitate . . . quam affectus cupit. Vale. Ex Saltzburg X Kal. Augusti anno [MCCCC] LIII.»

P. 322—330: *Oratio Enee Senensis episcopi, poete, legati habita in conventu Franckfurdensi die XV Octobris anno Dni 1454.* «Constantinopolitana clades . . . cum Christo cœlum acquiritis.»

Ed. inter epist. ed Norimb. nr. CXXXI l. c. sed editio duplo maior est.

P. 330: *Gualfredus in nova poetria.* [8 versus] «Cui potior est acus . . . nil eque perniciosum.»

P. 331: *Ad amicum de amicitia colenda epistola.* «Semper amiciciam que . . . hominibus credas. Vale.»

P. 232—234: [*Georgii Schütz ex Rütlingen epistolæ duæ invectivæ.*] Magni tituli viro Udalrico N. locatorum quarto. «Georgius Schütz, Arcium magister Udalrico N. Visis nuper quibusdam tuis litteris quas . . . aliorum aures obtundas. Ex Ruttlingen.»

«Discretis Cantori locatis aliisve maioribus scolaribus Ulma. Georgius Schütz arcium magister. Cantori locatis aliisve maioribus particularis scole in Ulma salutem. Cuiusdam novi oratoris et poete scripta nuper ad me devenere que . . . in omnium vestrum capita redundaret. Valete.»

P. 335—336 vacant.

P. 1: „Hic liber comparatus est per me Albertum de Bonstetten professum loci heremitarum florenti universitate Friburgensi 1465.“ Cf. Pertz, Archiv, 8, 743. — Geschfr. 3, 8. — Quellen z. Schweiz. Gesch. 13, 179.

---

329. Varia Dictamina.

S. XV. Carta. 208×148. 96 pp. Nulla signa quaternionum. Variæ manus. — Ligatura chartacea s. XIX.

Sunt fragmenta maioris codicis, forsitan continuatio cod. **198** nam adhuc restant vestigia alterius paginationis a p. 754—760 et 735—750 et 715—734.

I. P. 1—20: *72 Formulæ epistularum.* «R. dei gratia Romanorum Rex Civibus constn. s. et gratiam suam. Vestre dilectionis prestantiam . . . possimus indiciis commendare.»

Edidit O. Redlich, Zeitschr. für d. Gesch. d. Oberrheins 50 (1896) 1—35. postquam codicem inspexerunt Bœhmerus (Cf. Acta imperii selecta 709. 366) et Stälin (Wirtenberg. Gesch. 3, 51.) Pertz, Archiv, 8, 739.

II. P. 21—32. [*Collecta Tybini sive ars epistolandi. 1412.*]

P. 22—32: «[A]d cognicionem Epistolarum investigandam et parcium noticia . . . glaucam vel nigram ceruleam etc. et sic est finis. Expliciunt colecta Tybini. Anno Domini millesimo quadricentesimo Duodecimo feria tercia ante festum Gregorii.»

III. P. 33—48: «*Ordo de observatione terminorum sacri palatii causarum*, et primo in prima instantia. Primus terminus est in prima instantia . . . in principale ulterius. Et hec dicta sufficiant pro omnibus.»

IV. P. 49—52. *Proverbia Senece* [ordine alphabetico. Abrumpuntur circa medium. Binæ columnæ.] «Animo dolenti nichil oportet credere . . . Illi tantum placere stude, cui displicet quod omnibus placet.»

P. 53—54 vacat.

V. P. 55—76. [*Canonicorum et civium Curiensium appellatio ad sedem Apostolicam* quibusdam pretensis literis Apostolicis exhorbitantissimis ut dicitur in Veltkirch affixis. D. 11 Maii 1453.]

P. 76 vacat.

VI. P. 77—96. [*Rhetorices compendium.*]

P. 77—89: «Rethorica est scientia docens materiam invenire . . . petendis non dissentire.»

P. 90—96 [alia manu: *Notæ variæ de epistulis scribendis etc.* additis exemplis] v. g. Alberto plebano de Rapperschwil, Berchtoldus de loco Heremitarum studens Heidelbergensis etc.

---

330. Exercitationes scolasticæ.

S. XVII (ca. 1606.) Charta. 212×165. 277 folia, e quibus multa vacant. Quaternionum, sexternionum signa superesse videntur pp. 2, 8, 13, 16, 18, etc. Post pp. 17, 23, 44, 81 etc. perplura folia excisa sunt. Plures manus v. gr. pp. 98, 150, 200, 201 etc.

Ligatura folium pergamenum, fragmentum libri Sequentiarum s. XIV vel XV cum notis musicis ubi legitur pars seq. „Lauda Sion Salvatorem“ et alterius de S. Antonio, de quo etiam Offertorium „Inclito Anthonio spiritus s. dixit . . .“

Est farrago variarum materiarum cum soluta tum ligata oratione, forsan Dilingæ a Patre Soc. Jesu compilata, e quibus hic præcipua tantum indicari merentur.

F. 1—7: Belli civilis inter Cæsarem et Pompeium origo, progressus et exitus. F. 8—15, 257—260: Argumenta in Ciceronis orationes Philippicas. F. 16: De Nuptiis. F. 18—23: De Gladiatoribus. F. 24—31: De ritibus sacris Ethnicorum. F. 32: Vita Demosthenis. F. 45: De comitiis veterum Romanorum. F. 69 item de iudiciis. F. 98: Conciones ad stilum exercendum. F. 114: De re nummaria. F. 158: De coloniis. F. 166: Notæ in Jul. Cæs. F. 220: De senatu pop. Rom. F. 227: De S. Menrado. F. 238: Historiæ variæ ex variis. F. 246: Difficiliora themata ex Sophoclis Electra. F. 254—255: Historia de puero Innocenti Lechusii anno 1606 mense Septembri extincto. Pauca occurrunt lingua germanica.

F. 227', 239, 248 tabula paschalis.

F. 2: „Societatis Jesu in Vallesia.“

Cf. Pertz, Archiv 8, 743.

---

331. (8. Nr. 8.) **Guidonis Fabe Summa dictaminis.**

S. XIII. Membr. 169×129. 105 folia Quinterniones signantur IIII—VII. Binæ columnæ. — Ligatura moderna chart.

F. 1—103': «Incipit summa dictaminis magistri Guidonis Fabe. Quasi modo geniti infantes lac concupiscite . . . non differat promulgare.»

Ed. A. Gaudenzi in Propugnatore N. S. III. Fascic. 15—18. Bologna 1890—91. Cf. Rockinger, Quellen z. bayer. Gesch. 9 (1863) 177—184.

F. 104 [altera manu s. XIV: *Nota de epistulis scribendis.*] «Epistola est oratio ex tributis . . . Nota tres.»

F. 104'—105' vacant.

---

332. Frider. de Nürx.

S. XV vel XVI. Charta. Fol. 50 pp. Quaterniones non signantur. — Ligatura s. XIX.

P. 1 et 2 vacant. P. 3—6: [*Frederici de Nürx* Ordinis S. Benedicti rhetorica nova.] «[V]enustiori dicendi arte usurus non quidem nova cudere . . . variatio ut graduum (?) comitissime.»

P. 7—21: [Idem germanice.] «[G]ot dem almechtigen zw lob vnd ere auch einem yeglichen vernuftigen (!) leien der schreiben vnd lesen kann zw vnderwisung . . . hat meister fridrich von nürx sand benedicten ordes (!) dise kunst uss latinischem grunde gesetzt die man nennen mag die tütschen rethorica uss der man lernet tütsch brieff machen och hoflich reden . . . das datum. Ennde diser kunst.»

P. 22 vacat. P. 23—50: [*Eiusdem ars prædicandi.*] «*Prologus* [A]rtem quis ut faciliori attingere possit modo . . . Strennua. tercia Simplex.»

Simile opus magistri *Friderici de Norimberga,* O. S. Benedicti e Clm 4749 et 26791 latine et germanice publici iuris fecit Paul Joachimsohn, Zeitschr. f. d. Alterth. 37 (1893) p. 55—70. — Cf. idem, Württemb. Viertelsjahrshefte. N. F. 5 (1896) p. 92. — P. G. Meier, D. 7 fr. Künste. Progr. Einsid. 1886 p. 26—27.

---

333. Burley, Cicero, Gualla, Bonaccursius.

S. XV. Charta. Fol. 134 folia, quorum multa vacua. — Ligatura s. XIX.

I. F. 1—59: [*Gualteri Burlæi.*] «*De vita et moribus philosophorum* antiquorum tractaturus multaque ab antiquis auctoribus in diversis libris de ipsorum gestis sparsim reperi, in unum colligere laboravi, plurima quoque eorum responsa et dicta elegancia huic libello inserui, que legentibus consolationem ferre valebunt.» Cum glossis latinis et germanicis.

F. 57 registrum manu P. Galli Morel.

Liber sæpe editus s. XV. Cf. Chevalier, Repert. 367. — Fabric. Bibl. lat. 1, 283. — Novissime ed. H. Knust. Stuttg. Lit. Verein. Publik. 177. 1886.

II. F. 60—83: *Quæstio iuridica an quidam Ludovicus episcopus de quodam feudo debeat investiri.* «Illustrissimus dux Sabaudie Comitem Angerium de quibusdam castris pro se et filiis suis masculis in feudum antiquum solempniter investivit. Is domno Ludovico . . . De in aff. doti et in vulgus. Finis Papie XIIII Kal. Febr. 1472.»

III. F. 84—124': *Cicero.*

F. 84—86: *Argumentum orationis pro Lucino Archia poeta.* «Aulus Lucinus Archia poeta Antochie natus . . . de quibus dictum est.»

F. 87—88': *Argumentum pro oratione in Marcellum de laudibus Cæsaris.* Marcus Marcellus clarissimus Romanus civis . . . non erant deni ducte etc.»

F. 89—112 [altera manu:] *Marci Tulii Ciceronis in laudes Julii Cæsaris pro Marco Marcello R. P. restituto oratio.* «Diuturni silentii P. C. quo eram . . . magnus hoc facto tuo cumulus accesserit. Papie II Nonis April. LXXIII°.»

F. 113—124': [alia manu:] *M. T. C. pro Archia poeta oracio.* « . . . 1473° 5° Maii Papie.»

Passim glossæ latinæ tum marginales tum interlineares interseruntur.

Usus est hoc codice J. Casp. Orelli pro sua editione Ciceronis II, 2, 147—151.

IV. F. 125—134. *Gualla. Bonacursius.*

F. 125—128: «*Jacobus Gualla doctor Papiensis de laudibus omnium disciplinarum. 1471.* Maiores maiorum nostrorum . . . commodum a vobis suscipiant. Ad laudem dei. Amen.»

F.129—134: «*Bonacurs. Pisanus pro rectore Antonio Cremonensi.* Nemo potest mea sententia . . . ipse gloriam reportabis etc.»

Codicem in Italia scriptum Albertum de Bonstetten inde attulisse suspicor quia ipse annis 1471—1474 Paviæ studiis operam dedit.

---

334. Orationes catholicæ. 1541.

S. XVI. (1541—1554.) Charta. 197×140. 113 pp. (recte 114 quia 1 bis numeratur.)— Ligatura chart. Culter bibliopegæ aliquoties partem textus rescidit.

I. P. 1—31. *Orationes in Ericum ducem Brunsuigensem.*

P. 1: «*Oratio funebris in obitum magnanimi et illustrissimi principis Erici senioris ducis Brunswig. et Luneburg.* ad Ericum eius filium hæredem, doctore *Justino Goblero*, Goarino, eiusdem principis consiliario autore, anno 1541, Calendis Maii.»

P. 1 bis: «Clarissimo viro doctori Joanni Fichardo Francphurdiano iure consulto et advocato Justinus Gobler Goarinus Dôctor s. d.»

P. 2—31: *Eiusdem oratio funebris.* «Cum mihi nunc cogitanti, subiit Erice . . . precamur atque exoptamus. Finis.»

P. 32—35: «*Oratio funebris secunda* in obitum ac translationem illustris. principis Erici senioris, ducis Brunsvige et Luneburgæ ad Ericum filium eius Heredem D. Justino Goblero Jureconsulto Authore. An. 1541, 28 Septem. Et si nullus est dolor . . . consolari incipiamus. Dixi.»

P. 36: Eiusdem *epitaphium.* Justinus Gobler doctor faciebat. «Cum peregre princeps . . . gratus honore colas.» 14 lineæ.

De Erico duce cf. Allg. d. Biogr. 6, 203—4. — Rehtmeyer, Braunschweig. Lüneburg. Chronik. II p 791. — De Goblero Allg. d. Biogr. 9, 301. — Rehtm. ibid. — De Joanne Fichard Allg. d. B. 6, 757—8.

P. 37—39 vacant.

II. P. 40—69: [*In funere Eckii. 1554.*]

P. 40: *Oratio funebris in clarissimi doctoris Joannis Eckii primis exequiis Ingolstadii à M. Joanne Saliceto* Eckio publice habita.

P. 48: *Oratio in tertio depositionis die reverendi Patris* et D. Johannis Eckii consummatissimi illius Theologi Ingolstadii per *Georgium Flachium* monachum Benedictinum Lorchensem habita.

P. 59: Oratio funebris in reuerendi Patris D. Johan. Eckii ultimis exequiis Ingolstadii habita *per Michaelem Wagnerum* Gerlfingensem.

Tres orationes edidit Simon Thadd. Eck. Ingolstadii 1543. 8. 40 fol.

P. 69: *Valentini Butzlii* in funus doctoris Jo. Eckii Theologi. [11 disticha.]

P. 70 et 71 vacant.

III. P. 72—97: *In exequiis Elisabethæ imperatricis.*

P. 73—78: «Reverendissimo principi ac domino dn. Hieronymo Aleandro Cardinali et Archiepiscopo Brundusino etc. . . . *Fridericus Nausea* doctor, coadiutor Viennensis etc. Salutem. Quam non prorsus . . . anno post Christum natum 1539.»

P. 79—97: «*Concio funebris in exequiis Helisabethæ inclytæ recordationis gloriosissimæ Romanorum imperatricis . . . Caroli V semper Augusti coniugis Augustæ, Viennæ in cathedrali ecclesia S. Staphani (!) habita per Fridericum Nauseam.*» Desunt initium et finis propter lucunas inter pp. 79 et 80 et 97 seqq.

Videtur esse apographum operis editi. Cf. *Metzner*, Fr. Nausea, Bischof von Wien. Bambg. 1884. Progr. p. 55.

IV. P. 98—113: *Oratio funebris pro reverendo patre et nob[ili] viro domino Joanne a Wirsberg, dum in vivis ageret, Aistetensis decano meritissimo, Joanne Eckio patron[um] optimum deplorante. A. D.* [*15*] *37.*

P. 100—112: «Orationem funebralem habitu[rus] . . . acclamate Fiat Fiat. Dixi.» Editionem describit Wiedemann, Dr. Joh. Eck. Regensb. 1865. p. 614.

P. 111—112: *Epitaphium eiusdem de quo in oratione fit mentio* . . . Nonis Novemb. anno a Chr. nato 1554 descripta.

Orationes istæ prius iunctæ erant Comœdiis „Hans Sachs" et Murner, Badenfahrt Nr. **685** et **686**. P. Gallus Morel.

---

335. De Floravantis.

S. XVI (1543.) Chart. 147×111. 96 pp. — Ligatura chart.

P. 1: «Viridarium illustrium Poetarum editum per reverendum patrem dominum *Octavianum de Floravantis* Mirandulensem, divi Augustini canonicum regularem nec non divini verbi præconem celeberrimum fœliciter incipit. Ex. P. V. M. Bucolicis, et primo ex ægloge prima flores electi. Ego itaque hinc excerpsi optimos quosque versus. Joannes Studer [?] 1543.»

F. 2: *Ex Virgilio.* [Hæc superscriptio cultro bibliopegæ ablata est.]
P. 4: *Incipit liber Maphei Vehii.* (!)

P. 10—89: *Varia excerpta* ex Ovidio, Horatio, Persio, Lucano, Iuvenale, Seneca, Boetio, Plauto, Terentio, Lucretio, Marciale, Catullo Propertio, Tibullo, Claudiano, Ausonio.

P. 90: *Symbolum fidei christianæ* [metrice]. P. 92—93: *Decem præcepta domini dei nostri.* P. 94—95: *Oratio dominica. Simbolum fidei Christi.*

P. 96 vacat.

Annexus erat codicillus editioni Pindari (Basileæ, Cratander) quæ olim fuit clarissimi viri Ulrici Hegner de Winterthur. Ita P. Gallus Morel.

---

336. Geographica. Hutteni Phalarismus.

S. XVI (circa 1520.) Chart. 185×134. 104 pp. — Ligatura moderna.

Libellus quondam coniunctus fuit Incunab. Nr. 808, quod continet varia Astronomica.

I. P. 1—88: [*Quæstiones geographicæ et astronomicæ.*]

P. 1—78: [*De Astrolabio. Propositiones 54.*] «Cumque in omni disciplina nominis deffinitio . . . ideo non est hic curandum.» Propositionis 55ᵃ tantum superscriptio prostat. — P. 28 Tabula solis pro annis 1518 et 1523 ex quo annum scriptionis coniecturari licet.

P. 79 Tabula urbium. P. 80—81 vacant.

P. 83—87: [*Octo quæstiones de umbra.*] «Duabus huius rei propositionibus . . . si vero super 20 erit.»

P. 88 vacat.

II. P. 89—103: [*Phalarismus.*] *Dialogus Huldrici Hutteni, Equitis aureati.* «Quid corporis huc Mercuri? . . . Vale tyrannice. *Τέλος.* Quod felix faustum fortunatumque sit. *Σὺν θεῷ χάρις.*»

Cf. Pertz, Archiv 8, 741. Contulit anno 1855 Dr. Bœcking et ed. *Hutten, U.* Opera quæ reperiri potuerunt omnia ed. E. Böcking. 7 voll. Lips. 1850—70.

---

337. (12. Nr. 11.) **Theoduli Ecloga.**

S. XIII—XIV. Membr. 139×85. 128 pag. Quaternionum numeri omnes cultro bibliopegæ sublati. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ, lineis et figuris ornatæ.

P. 1—16: [*Theoduli ecloga.*] «[E]thiopum terras iam fervida torruit . . . ne desperatio ledat.»

Cf. cod. **34,** 23.

P. 1, 2, 15, 16 alia manu s. XV. suppleta.

P. 17—119 [altera manu:] «*Incipit commentum super Theodolo.* Philosophia est divinarum humanarumque . . . prudenter tacuisse. Explicit.»

Cf. Pez, Thesaurus anecdotorum I, XLVIII. — Tab. codd. Vindobon. I (Vindobon. 1864) p. 286 n. 1757. 3.

P. 120 [alia manu:] *Genitura mundi.* Figura geometrica variis circulis et lineis composita.

P. 121—122: «*De mundi tractatu.* Sciendum est quod quicumque de constitutione mundi digne . . . qui suo loco inferius ostendetur. Explicit.»

P. 122: [*De litteris hebraicis.*] «Huius alfabeti hebraici singulæ litere singulis versibus prefixæ sunt . . . Tau signa. Explicit.»

P. 122—124 [alia manu: *Conradi Schyrensis Carmen de XXX denariis.*]

«Denariis XXX deum vendit Galileus . . .
Cuius quæ vota non discere facta remota.
Lectores dociles pagina nostra docet.

Isti versus docent quod XXX[ta] denarii quibus venditus est dominus Christus fabricati sunt tempore Nini regis Assiriorum et de manu ad manum usque ad tempora Christi pervenerunt.»

69 versus. Binos hexametros pentameter sequitur. De auctore cf. Fabritius, Bibl. 1, 387. — Ziegelbauer. hist. literar. O. S. Bened. IV, 501. — Pez, Thesaur. I. Dissertat. isag. p. XXX. — Alii codices Bremæ (? Pertz Arch. 7, 699) Vindobonæ Tabb. codd. I. p. 269 nr. 1648. 9.

[*5 Versus memoriales?*] «Bos, lepus ales equus . . . trudo, neco, cratto.»

[Figura crucis circulo circumdata cum 8 versibus] *ante, retro, susum, iusum:* „Crux est mandatum . . . sacra clausula misteriorum."

---

338. (12. Num. 5.) **Boecius et Priscianus vf pergament geschriben.**

S. X. Membr. 118×105. 457 pp. (recte 460, nam 1, 162, 163 bis numerantur.) — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—271. *Boethius in Isagogen Porphyrii. Ll. V.*

Quaterniones signati a—h. Variæ manus. P. 182 postea addita pertinet ad p. 215. P. 183 vacua. Cf. Migne, P. l. 64, 139, D. — Maniculas apposuit H. de Ligertia.

P. 1 numeri latini et græci. P. 2—271: «*Boetii expositio secunda* in Ysagogen. Secundus hic arreptæ . . . prædicamenta seruanti. Anicii Manilii Severini Boetii v. c. et ill. excons. ord. patritii in Ysagoga Porphirii id est interpretatione in categorias a se translatas editionis secunde liber V explicit feliciter. Tibi pax. Amen.»

Ut **315.** Ed. Migne P. l. 64, 71—158. — Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249.

II. P. 272—447. *Varia grammatica* (ut in cod. **339.**) XII quaterniones signati. P. 411 et 412 vacant. Post p. 412 folium excisum ubi duo diversi codices connexi esse videntur. Priora folia in margine corrosa, ita ut pars textus exciderit.

P. 272—301: «*De figuris numerorum Priscianus grammaticus, Symmacho.* Omni te Symmache . . . sexangulum et semilia. De figuris numerorum liber singularis Prissciani (!) grammatici Cæsariensis explicit.»

Ed. Keil, gramm. lat. 3, 405—417.

P. 301—332: «*Incipit eiusdem de metris fabularum Terentii et aliorum comicorum.*»

Ed. ib. 418—429.

P. 332—356: «*Incipiunt eiusdem præexercitamina de fabula.*»

Ed. ib. 430—440.

P. 356—410: «*Commentarium Rufini v. c. gramatici Antiochensis in metra Terentiana.*»

Ed. Keil l. c. VI, 554—578. Cf. ib. 550. — Hagen in Bursian-Müller, Jahresbericht 1873. p. 1432 seqq. — Idem, Anecd. Helv. LXI. — Meyer v. Knonau, d. K. Schwyz 255. — Teuffel, Gesch. d. röm. Lit. 1146.

P. 413—455: *[Arati phænomena Cæsare Germanico interprete.]* «Ab Joue principium . . . pigro sidere sumpto.»

Contulit Hagen pro editione Bährens, poëtæ latini minores. I. Cf. ibid. 145. — Meyer v. Kn. ibid. — Teuffel ib. 658. — Plures versus hinc inde a manu s. XI additi esse videntur.

P. 456 vacua. P. 457 manu sæc. XV: «Gehört gan Einsidlen disses büchly in das gotzhuss LXI°.»

Codice usus est pro editione Boethii Dr. Schepss 1892. — Specimen scripturæ ed. Casp. Orelli in ind. lect. acad. Turic. 1835. nr. 18. Cf. ib. p. 20. — Morel, Naumann, Seraneum 1, 237. — De Prisciani ponderibus et mensuris disseruit Christ, Münch. Sitzungsber. 1863. I. 122. — Cantor, Gesch. d. Mathematik I, 267.

---

339. (16. Nr. 6.) **Priscianus. Rufinus. Isidorus.**

S. IX. VIII. Membr. 117×90. 322 pp. Primum folium vacuum non numeratur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—138. S. IX. Quaterniones signati II—VIII.

Maniculas apposuit H. d. Ligertia qui pag. 138 cæterum vacua delineavit figuram hominis, verbis „finit hic liber.“ — Argumentum convenit cum cod. **338.**

P. 1—28: *Priscianus grammaticus de figuris numerorum.* [mutilus.]

Cf. Cod. **338**, 301.

P. 28—49: *Idem de metris Terentianis.*

P. 50—83: *Eiusdem præexercitamina.* Ed. ib.

P. 83—137: *Commentarium Rufini V. C. Grammatici Antiochensis in metra Terentiana.*

Ed. Keil l. c. De codice nostro ibid. 550. Cf. Hagen l. l. p. LXI.

Eadem manus quæ in cod. **338.**

II. P. 139—322. *Isidorus.* S. VIII vel IX.

Vestigia quaternionum tantum supersunt pp. 170 et 204.

P. 139—140: Folium lacerum adeo detritum ut iam amplius legi non possit. Litteræ unciales.

P. 141: [*Præfatio de Nativitate Domini.*] «Vere dignum . . . æquum . . . canimus sine fi.» Cetera desunt.

P. 142—215: [*Isidorus Hispalensis.*] *In libros veteris ac novi Testamenti procemia.* «Plenitudo novi hac . . . Dominum nostrum Jesum Christum.»

Ed. P. l. 83, 155—180.

P. 216—317: [*Idem,*] *De ortu et obitu Patrum.* «Quorundam sanctorum novilissimorumque (!) . . . est adque sepultus. Explicit liber premiorum.» (!)

Ed. Migne P. l. 83, 129—156.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 256.

P. 222 videntur esse vestigia alterius vetustioris scripturæ abrasæ.

P. 318: [*Introitus, Graduale, Offertorium et Communio Missæ pro Dominica Resurrectionis*, sine notis musicis.] «Resurrexi et adue . . . et veritatis. All. All. Allel.»

P. 319 Fragmentum. [*Alphabetum grecum A—O cum numeris etc.*]

P. 320—322 vacant.

---

340. [Alcoranus arabice.]

S. XVII. Charta. 134×80. 232 folia. — Ligatura coriac. aureis ornamentis stilo orientalium decorata.

Initia capitum minio scripta, præter cap. I et II quæ auro ornantur.

F. 1 vacat. F. 2'—227: Textus alcorani.

F. 227—228': Deprecationes et laudes ad deum. F. 229—231 variis manibus varia addidamenta lingua persica et turcica.

F. 230': «Ex dono Ducal. Capit. Campidon. Deca. etc. P. Anton. Fornaro 1801 ibidem Bibliothecario in perennem memoriam datus.»

F. 232 vacat.

---

341. (N. XXII.) **[Liber precum arabice.]**

S. XVII (?) 130×40. Charta. 135 fol. septem linearum, multa vacua. — Ligatura coriac. orientalis lacera. Aliqua folia humiditate squalida vel lacera.

F. 1'—129': Variæ preces et laudes ad deum

---

342. (N. XXIII.) **[Liber precum etc. arabice.]**

S. XVII (?) 73×51×20. Charta varii coloris. Quinque lineæ. — Ligatura coriacea orientalis.

Initium deest. Variæ formulæ precum; aliquot capita alcorani.

---

343. (N. XIV.) **[Sententiæ iuridicæ turcice.]**

S. XVI (?) Chart. 250×148. 131 folia inverse numerata. 13 lineæ. — Ligatura coricea stilo orientali.

Incipit fol. 130: «*Al-kitab* al-phatavi. [Iste liber decisionum . . .»] Est collectio decisionum legis Moslemicæ circa fidem et iura.

In operculo inverse scriptum: Im 1602 Jar als Pest (i. e. Buda) vonn Christen gwonnen ward, Do hab ich ouch dz buoch bekomen, Die bessern peut hand aner gnomen.

In altera operculo scutum gentilitium cum axiomate: Sorg Leert Wachen. 1604.

XI. HISTORIA.

---

344. (Fol. Nr. 67.) **Josephi historicorum libri XII antiquitatum iudaicarum. II. Scrinii No. IV.**

S. XII. Membr. 308×227. 480 pp. Signantur quaterniones I—XXVIIII. Primum folium vacuum non numeratur. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

PP. 1. 4. 37. 145. 185. 439. etc. litteræ initiales rubræ satis artificiose delineatæ. — Henr. de Ligertia passim maniculis et notis suis defiguravit.

P. 1—3: «Incipit proemium Josephi nobilissimi hystoriographi. Hystoriam conscribere disponentibus . . . comperi ita conscripta. Explicit præfatio.»

P. 3—4: *Capitula libri I.*

P. 4—480: *Josephi antiquitatum libri I—XII.* «In principio creavit deus . . . habuisset defunctus est. Explicit liber duodecimus Josephi hystoriografi.»

Ll. 13—20 desunt.

---

345. (Fol. Nr. 106.) **Josephi de bello Judaico libri VII.**

S. XII. Membr. 366×280. 192 paginæ. Primum folium vacuum non numeratur. Quaterniones signatur [I]—XII et manu s. XIV a parte anteriore 1—12. — Variæ manus. — Binæ columnæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia passim maniculas et notas adiunxit.

Litteræ initiales artificiose delineatæ p. 1. 3.

P. 1—2: Incipit prefatio Josephi historiographi in librum primum de bello iudaico. Quoniam bellum quod cum . . . capitula sunt digesta. Finit prefatio »

P. 3—192: [*De bello iudaico liber I—VII cap. 24.*] «Cum potentes Judeorum intra se . . . simul caederent qui ducebant. Lex autem roma[nis est . . .» Cetera, capitis 24 libri septimi et capp. 25—31 desunt.]

Est interpretatio latina Rufino adscripta de qua cf. Fabr. Bibl. 3, 429. 430. — Morel, E. Handschr. d. lat. K. V. 258 ubi tamen erronee Eusebii historia indicatur.

Hinc inde occurrunt glossæ latinæ manu s. XII et p. 27 etiam germanica „colosus irminsul" quam ed. Steinmeyer AHDG. 4, 335. Cf. ib. 426.

---

346. (Fol. Nr. 103.) **II Scrinii No. 11. Historia Eusebii Cæsariensis.**

S. X—XI. Membr. 322×230 410 pp. immo 430 quia 60—79 bis numerantur. Quaterniones signantur I—XXVII sed XIIII est ternio. E margine satis largo interdum pars pergameni excisa est v. g. p. 219, 257, 405. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Manus coæva in margine sæpius argumenta aut notas nullius tamen valoris addidit.

H. de Ligertia passim maniculis et notulis margines implevit. Idem p. 133 figuram monachi nudi sedentis et 211 draconis tentasse videtur. Singulis foliis in margine lævo superiore numerum ut dicunt arabicum libri adscripsit.

P. 12—13 et 28—29 in margine quædam stylo sine atramento scripta sunt ut videtur s. XIV manu H. de Ligertia, valde difficile lectu.

P. 1—2: «*Incipit prologus [Rufini] historiæ ecclesiasticæ.* Peritorum dicunt esse medicorum . . . obitum Theodosii Augusti.»

Ed. Migne P. l. 21, 461—464.

P. 2—3 capitula libri I. P. 3—410: «Incipit istoriæ ecclesiasticæ . . . Bacurius uir fide.»

Desinit abrupte. Sunt libri I—XI c. 33. Singulis libris præmittitur elenchus capitum.

P. 130 (manu s. XIII vel XIV: Sex versus alicuius rhytmi.) «Spina caput frangit . . . suo sanguine guerit.»

Cf. Morel, E. H. d. l. KV. 251, 258.

---

347. (8. Nr. 27.) **II Scrinii No. I. Historia Eusebii Cæsariensis.**

S. VIII. Membr. 192×115. 458 pp. (recte 460 quia 1, 38, 68 bis numeratur, 415 omittitur.) Pag. 1, 53, 89, 145 vacant. Quaterniones signantur A—Z dein I—VI. Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Litteræ initiales numerosæ nitidissime modo Hibernico delineatæ.

P. 16 manus H. de Ligertia.

P. 1 bis—5: [*Præfatio Rufini.*] «*In [h]oc libro continentur Eusebii Cæsariensis storiographi translati de greco in latino.* Peritorum dicunt esse medicorum . . . ad obitum Theodosii Augusti. Explicit præfacio.»

Ut in codice **346.** Edit. Migne P. l. 21, 461—464.

P. 5—426: [*Excerpta ex historia ecclesiastica Eusebii ll. I—IX. Translatio Rufini.*] «De tempore nativitatis Christi secundum carnem. Igitur secundo et quadragensimo imperii Cesaris Augusti anno . . . potest redimi deus.»

Sunt tantummodo selecta quædam capita pluribus cæteris omissis. P. Gallus Morel singulis capitibus numerum Eusebii adscripsit.

P. 427—458: [*Varia ex historia ecclesiastica nescio unde hausta, in fine truncata.*] «*De Arrii heresæ.* Cum aput Alexandriam post Acillam qui Petro martiri successit Alexander . . . simulatione subscripserant.«

Cf. Morel, Einsiedl. Handschr. d. K. V. 251. 258.

---

348. I. Scrin. IIII. Nr. III. Historia Titi Livii.

S. X. Membr. 310×248. 99 pagg. recte 96 quia 1—3 desunt. Binæ columnæ. Manipuli signantur I. I. K. L. M. N. — Variæ manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 4—19: [*Fragmentum libri I proœmium et cc. 1—28.*] «Facturusne sim operæ pretium . . . ab extremo orsi.»

P. 20—99: [*Fragmenta eiusdem LL. IV. c. 30. — VI 36.*] «Indutiæque inde non pax facta . . . Servius Sulpicius Servius.»

Contulit Joh. Casp. Orelli anno 1831. et Sauppe 1840 pro editione Weissenbornii. — Specimen scripturæ ed Orelli in Indice lection. acad. Turicens. 1835. nr. 16. et E. Chatelain, Paléogr. des class. lat. 9 Livr. (1895) Pl. 111. — Cf. Teuffel, R. Litgesch. ed. 4. p. 547. — Meyer v. Knonau. d. Kanton Schwyz 255. — Görres, J. Gesammelte Briefe I (München 1858) 199. — Orelli l. c. 20.

---

349. (Fol. Nr. 8.) **Chronicon Hermanni contracti. Constitutiones Wernheri 2di. Libri Retractationum Augustini.**

S. XI—XIV. Membr. 270×185. 246 pp. (recte 248 quia 5 ter numeratur.) — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—120: *Chronicon Hermanni contracti.* S. XIV. (1356.) Quaterniones signantur a b c d [e, f] g. a parte anteriore et singula folia denuo signantur in angulo recto: a b c d. Lineæ atramento ductæ. Pgg. 16, 32, 48 etc. custodes lineis rubris inclusi.

H. de Ligertia præter inscriptiones p. 2 et 115—116 hinc inde etiam maniculas partim colore rubeo adpinxit.

P. 1 vacat. P. 2 manibus s. XIV: «Istum librum fieri procuravit Hermannus genere de Arbona Abbas huius monasterii Fabariensis anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto. Scriptum in eodem Monasterio.

Et ego frater Heinricus de Ligercia humilis Thesaurarius Monasterii Heremitarum eodem anno acomodaveram eidem venerabili abbati exemplar istius libri ad rescribendum et retinuit ipse vetustissimum nostrum librum et dedit nobis istum nouum.»

P. 3—115: [*Chronicon H. Contracti.*] «I. Anno XLII. Octaviani augusti cesaris ex quo autem . . . Ungariis reliquo exercitu.»

Ed. Pertz, Mon. Germ. SS. V, 71—130. lin. 30. Reliqua de annis 1051—1054 edita p. 130—133 iam deerant in codice archetypo.

Cf. Pertz, ibid. 71—72. — Haller, Bibliothek V, p. 4. — Schubiger, Heinrich v. Brandis p. 44—45. — Ussermann, Chronicon Hermanni contracti I, p. XIV—XVI. — Pertz, Archiv 3, 210. 8, 744. — Neues Archiv 12, 229. — Geschfr. 43, 284—286. — Ringholz, Wallfahrtsgeschichte 318. — P. G. Meier H. v. Ligerz. 19, 22, 23, 27, 30, 31, 40, 63 etc.

P. 115—116: [Manu Henrici de Ligercia varii *Versus memoriales*:] «Ruodulfus rex. Mortuus est anno . . . Ruodolfus.»

Ed. in Forschungen z. d. Gesch. 18, 563.

«Adolfus rex. Millenis ac . . . et Martiniani.»

Similes versus editi ibid. p. 565.

«Rex Albertus. M simul et tria C. . . . deus illi.»

Ed. ib. p. 36 num. 159.

«Cesar h. dignissimus. Cesaris Heinrici . . . trecenteno trideno id est XIIIo.»

Fere ut ib. p. 31 n. 101.

P. 116: «Ludowicus paurus. [id est Bavarus] Cesar Ludowicus paurorum . . . Octobre fore mense.»

Ineditum videtur. Cf. l. c. p. 31 n. 101. a. et p. 576.

Sequuntur manu s XV nomina quorundam Raperswilensium: Wilchin vnd Sigfrid der Hohenberg von Lutersonn . . . . . luogg parentes."

P. 117—120 vacant.

II. P. 121—246. S. *Augustini retractationes.* S. XII. Quaterniones signati I—VIII.

P. 121—124 [a seriore manu additæ]: «*CONSTITUTIONES Wernheri abbatis secundi.* Placuit eaque tempore . . . fratribus ministrentur.»

P. 120. [manu Christophori Hartmanni s. XVII]: «Wernherus iste 2 fuit ex comitibus Toggenburgicis, abbas 13 nostræ S. Heremi cuius hæ Constitutiones in Annalibus meis fol. 229 et seq. impressæ. Rexit 1173—1192.»

Denuo edidit P. Odilo Ringholz in Studien u. Mittheilgen. 1885, I p. 330--332. — Cf. Gerbert, Iter alem. 77. — Leben d. hl. Meinrad. 174. — Ziegelbauer, Hist. rei lit. 1, 585. — Archiv f. d. Gesch. 8, 744. — P. Gall Morel, Geschichtl. üb. d. Schule in Einsied. 13. — Idem Regesten n. 48 p. 8. — Haller, Bibliothek 3, 247. — Schubiger, Pflege d. KG. 12.

P. 125—246: «Prologus in libros retractationum Aurelii Augustini episcopi. Jam diu est, ut facere cogito . . . dictos retractare cepissem.»

Ed. Migne I, 583—656. — Cf. Morel, Lat. K. V. 245.

---

350. (Fol. Nr.) **Petri Trecensis historia ecclesiastica scholastica.**

S. XIII. Membr. 335×232. 360 paginæ, recte 362 quia 1 ter numeratur. Binæ columnæ. Lineæ atramento ductæ. Quaterniones non signantur. Variæ manus. Litteræ initiales maiores non ubique adpictæ sunt iisque locus vacuus relictus, minores vero, colore rubro et cæruleo passim ornatæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 25, 149 etc. manus H. de Ligertia.

P. 1 vacat; 1 bis, nota de auctore manu Christ. Hartmanni bibliothecarii.

P. 1 ter—359: «*Incipit prologus epistolaris.* [R]everendo patri et domino suo Willelmo dei gratia Senonensi archiepiscopo Petrus servus Christi, presbiter Trecensis . . . honorabiliori in cathacumbis. Cretes avit. Cretes pheildo cathakirion. castremarge. Crethenses. Hugo deo gratus sit, opus presens operatus.»

Ed. Migne P. l. 198, 1053—1722.

Ad marginem variæ leguntur additiones v. gr. p. 3: «Augustinus. Due sunt opiniones de luna, quarum quæ vera sit . . . infirmis acomoda.»

P. 60: «Nota de his V versibus X *plagas Egyptiorum* posse comprehendere. Prima rubens unda . . . necat ultima prolem.» P. 68: «Sunt precepta decem . . . nec sis homicida.»

P. 360 vacat. P. 1 manu s. XIV: „Iste liber est monasterii Heremitarum." Altera manu: „Iste liber est mon[asterii loci Heremitarum et habetur ibidem pro] memoriali expositiones Gregorii super Ezechielem — qui liber debet reddi cum alter redditur."

Cf. Pertz, Archiv 8, 744.

---

351. (Fol. Nr. 109.) **Orosius.**

S. X. Membr. 328×250. 302 pagg. Quaterniones signati II—XVIIII; primus perditus esse videtur, illæso manente textu. Pagg. 17—22 partim scissa, partim situ deleta. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

Litteræ initiales artificiose depictæ ad initia librorum pp. 1, 3, 33 etc.

H. de Ligertia passim ad marginem maniculas et nomina propria apposuit.

P. 1—291: [*Pauli Orosii Historiarum ll. VII.*] «Paulus Orosius Aurelio Augustino salutem. Preceptis tuis parui beatissime . . . indicata si deleas.»

Ed. Migne P. l. 31, 663—1174 et Zangemeister, Corpus Script. eccles 5, 1—564.

P. 291—302 additur aliud caput XLVIIII quod in editis deest: „Verum quia Christianorum res gestas scribere proponimus . . . . . traduntur. Quæ deinceps sequentur in principio et in ultimo primi ystoriæ ecclesiasticæ libri perscripta reperies." Est quædam summa eorum quæ de religione Christiana in ipso opere dicta sunt. Desumptum est hoc caput e codice Sangallensi Orosii 621 s. IX. — Cf. Scherer, Verzeichn. 202. Usus est hoc codice 15 Sept. 1860 Du Rieu.

P. 302 manu s. XIV: „Iste liber est monasterii in Neinsiedellen sive loci Heremitarum Reddatur. reddatur." [Altera manu eiusdem sæc.]: „Hugucius est positus pro memoriali apud Heremitas qui est domini Nycol. de Hasle."

In folio chartaceo addiditio initio codicis Christ Hartmann quædam de auctore annotavit.

Cf. Morel, Pertz, Archiv 8, 744. — Lat. KV. 257. — Geschichtsfrd. 43, 158.

---

352. (Nr. XXVIII.) **Gabrielis Bucelini Gallia Mariana.**

S. XVII. (1679.) Papyr. Fol. Duo folia et 1115 pagg. cum pluribus schedis addiditiis et duabus epistolis autographis in fine. — Operculum est fragmentum pergameneum breviarii s. XV.

In operculo anteriore *Dedicatio:* «Tibi DEIpara, Einsidlensis Magna Materfamilias Author cum hoc Authographo totum se donat . . . congratulor.»

P. I: «GALLIA MARIANA hoc est regnum Galliarum longe amplissimum . . . Matri Virgini destinatum . . . Chronologice descriptum et comprobatum. Scripsit et dedicavit reginæ singularis Galliarum . . . R. D. Domnus Lebuinus a Richmont Belga Monachus Benedictinus.»

In fine adduntur duæ epistolæ autographæ auctoris datæ Feldkirchii die 24. Januarii et 9 Martii 1679 ad abbatem Augustinum, quibus operis ratio exponitur.

Cf. Calmet, Diarium helvet. p. 53. — Gerbert, Iter alemannic. 75. — J. Bergmann, Der Genealog P. Gabriel Bucelin, Sitzgsberichte d. ph. hist. Cl. (Wien 1861) Bd. 38. p. 55. — Lindner, Stud. u. Mitteilg. 1886 Heft 3 p. 91.— Centralblatt f. Bibliothw. 4 (1887). 9. — De auctore († 1681) cf. Kirchenlex. 2, 1388. — Allg. d. Biogr. 3, 462. — Pertz, Archiv 8, 744. — Sinner, Bibliographie 245. — Dantier, Rapports 32—33.

---

353. (Fol. Nr. 215.) **Manuscript. Historica, Bernardinus Arlunus.**

S. XVI. Charta Fol. 373 folia, partim antiqua manu signata, sed erronee quia 137—146 et 181 omittuntur. F. 369 vacuum ideoque initium libri quinti deest. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

F. 1—373. [*Bernardini Arluni de bello Gallico libri V.*] «Bernardinus Arlunus, iure consultus, patricius Mediolanensis Augustissimo terrarum orbis imperatori Carolo Cæsari s. d. Non ignoramus . . . videar, scribendi finem facio.»

De auctore cf. Fabritius, Bibl. lat. 1, 127. Aliud exemplar eiusdem operis extat in Bibliotheca Basil ensi A. II. 34. Hänel 546. — Cf. Morel, Pertz, Archiv 8, 644. — Idem, Naumann, Serapeum 1, 237. — inner, Bibliographie 245. — Dantier, Rapports, 31—32.

---

354. (Fol. 171.) **Eutropius. Paulus Diaconus.**

S. XV. (1472) Charta. Folio IV folia vacua et 160 paginæ. Manipuli signantur a pagina 25: q, r, s, t, v et folia unius cuiusque manipuli 1—6, ita ut videatur hic fragmentum tantum extare maioris codicis. — Ligatura papyracea antiqua.

P. 35 non ineleganter depingitur urbs navibus circumdata.

P. 1—77: «*Evtropius de gestis Romanorum fœliciter incipit.* Primus in Italia ut quibusdam placet . . . scribendi diligentiam reservamus. Explicit liber decimus.»

Ed. sed stilo diverso Haurisius, Script. hist. Rom. 2, 171 —197. — Muratori, SS. rer. Ital. I, 1—80. — Migne P. lat. 95, 743—926.

P. 77—138: «*Pauli diaconi de gestis Romanorum liber undecimus [XI—XVIII] ad Eutropii historiam additus.* Anno ab urbe condita . . . Anastasius prespiter ordinatus est. Amen. Tantum scripsi quantum in exemplari reperi. Quod idipsum incorrectissimum in correctum et exemplatum inde contractum est. Anno 1472. [Altera manu]: Pauli Warnefrid Langbardi, qui fuit filius diaconi Foroiuliensis, librorum quos ad Eutropii compendium addidit ultimi finis.»

Ed. apud Haurisium l. c. 2, 201—225. — Muratori, Script. rerr. Ital. 1, 91—185. — Migne P. l. 95, 925—1153. — Cf. Pertz, Archiv 8, 744. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 258.

P. 139—160 vacant.

---

355. (4. Nr. 69.) **Martini Oppaviensis Chronicon.**

S. XIII. Membr. 252×173. 150 pagg. 147 et 149 scriptura vacant. Quaterniones, terniones etc. signantur I—VIIII. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia hinc inde maniculas et notas appinxit.

P. 1—144: «Quoniam scire tempora Summorum Pontificum . . . S. Laurentii sepultus est. Explicit Cronica fratris Martini ordinis fratrum Predicatorum.»

Ed. Mon. Germ. Script. 22, 397—473.

P. 145 adduntur quædam de Chuonradini morte quæ edita sunt verbis mutatis ibid. 474 et in fine memoratur electio et coronatio Rudolfi qui «regnavit annis XVII mensibus VIIII. diebus.»

P. 146: «Nicolaus III natione Romanus . . . dicetur inferius.» Ed. ib. 476—477.

P. 148: «Martinus IIIIus natione gallicus . . . sit operatus.» Ed. sed multo auctius l. c. 477—481.

P. 150: «Honorius IIIIus natione Rom. . . . sollicite prosequenda.» Ed. ib. 482.

Nicolai IV. tantum annus MCCLXXX additur.

De auctore, eiusque opere, codicibus valde numerosis, editionibus etc. cf. Ludov. Weyland l. c. 377—397.

Hunc codicem Einsidlæ scriptum probant interpolationes in textu pp. 103 de sancto Meginrado; p. 109 de consecratione capelle S. Mariæ cœlitus facta; p. 113 idem de S. Wolfgango. — Cf. Archiv d. Gesellsch. f. ält. d. Gesch. 4, 38. 7, 190, 659; 8, 744. — Ziegelbauer, Hist. litt. O. S. B. I 584.

---

356. (4. Nr. 58.) **Cycli. Annales. Galenus. S. Augustinus.**
S. X—XI. Membran. 227×187. Quaternionum nullibi vestigia. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

I. P. 1—64. S. X. etc. *Kalendarium, Cycli et annales.* Variæ manus.
H. de Ligertia aliquoties maniculas et p. 52 et 64 notulas apposuit

P. 1 vacat. P. 2—19: [*Kalendarium.*] «In Christi nomine incipit Martyrologium per anni circulum. Hæ sunt claves . . . Nox habet XVIII dies VI. Explicit Martyrologium.«

Ed. apud Marzohl & Schneller, Liturgia sacra 4, 768—772. Non est proprie martyrologium, sed pauca tantum nomina sanctorum singulis diebus adscripta sunt. Dies Egyptiaci tantum atramento nigro scripti sunt, cetera vero colore rubro, flavo, viridi etc. 24 Augusti est „Dedicatio huius æcclesiæ.“

P. 20—25: [*Tabula cyclorum decennovenalium.*]

P. 22—27 Item ab anno 931—1044.

P. 26: «*Cursus solis per XII signa.*» [Tabula dierum et mensium. Manu s. XI]: «Si scire velis in quo signo luna . . . inferius signum perveniet.»

P. 27—57, 59—64: [*Annales Einsidlenses vel Heremi* annorum post Christum 1—1057.] «*Anni ab incarnatione domini desuper annotatis singu.* I. Jesus Christus filius dei natus est . . . eius parvulus successit.»

Partim ut in cod. **29.** 88—95. Ed. partim Mabillon, Anal. vet. 368 et ab anno 710 Pertz, Mon. Germ. SS. 3, 138—145. — Cf. ibid. 137—138. — Archiv f. ält. d. Gesch. 1, 377—379; 4, 286—287; 7, 388—389 et N. Archiv 2, 579. — Ringholz, Wallfahrtsgeschichte 319 cum imagine codicis p. 61.

In margine adduntur numeri indictionum, epactæ et concurrentes, quos tamen partim culter bibliopegæ abstulit.

II. P. 55—58. S. X vel XI. Duo folio insititia quibus manus s. X. vel XI excerpta ex Reginone inscripsit, annos tractans 867—890.

Ordo textus est pgg. 56, 55, 57. P. 58 scriptura vacua est. Cf. Reginonis chronicon ed. Pertz, M. G. SS. I, 578—601. — Geschichtsfrd. 43, 153.

P. 58 vacat.

III. P. 65—118. S. X. *Galenus.*

Valde detritum, ita ut pars textus ab initio perdita sit.

H. de Ligertia hinc inde maniculas adiecit.

P. 65. [Manu s. XII probationes pennæ: Variæ preces:] «Sancta Maria sucurre miseris . . . nos ab omni malo.»

P. 66—117: [Galeni] Prognostica de morbis . . . «si fuerit capitis dolor et tumor in facie subito . . . vim habent. Liber Gallieni logici finit feliciter. Amen.»

Sunt XCIII capita. Altera manus s. XI in margine inferiore p. 108—109 et 119 quædam remedia adscripsit. P. 117 glossæ theotiscæ ed. Steinmeyer, A H D G. 4, 370. Cf. ib. 426.

P. 118 vacat.

IV. P. 119—152. S. XI. *Sermones S. Augustini super Psalmos 136 et 137.*

P. 119—138: «*Sermo beati Augustini* episcopi de psalmo CXXXVI°. Oblitos vos esse non arbitror . . . damnabitur hostis extremus.»

Ed. Migne IV, 1761—1774.

P. 138—150: «Sermo beati *Augustini* episcopi de psalmo CXXXVII°. Titulus psalmi huius . . . magis quam mea.»

Ed. ib. 1774—1784. Cf. Morel, E. Handschr. d. K. V. 246. — Pertz, Archiv 8, 744

P. 151—152 scriptura vacant.

P. 150 in margine manu s. XIII nota de electione Rudolfi I regis: «Anno domini MCCLXXIII . . . inmediate consecratus.»

P. 152 manu H. de Ligertia: „Iste liber est custodis Heremitarnm."

---

357. (4. Num. 62.) [**Honorii Augustodunensis**] **Imago mundi.**

S. XIII. Membr. 215×160. 184 pp. Quaterniones I—VI. — Asseres lignei corio albo obducti.

P. 1—98: «Ad instructionem multorum quibus deest copia librorum hic libellus edatur et Imago mundi indatur, eo quod dispositio tocius orbis in eo quasi in speculo conspiciatur et amicitie nostre pignus relinquatur. Nicil autem in eo pono nisi quod maiorum commendat tradicitio. (!) Mundus dicitur quasi undique motus . . . palatio occiditur.»

Ed. in Biblioth. max. 20, 967—994. — Migne P. l. 172, 121—181. B. — Cf. Mon. Germ. SS. X, 127 seqq. — Catal. Bibl. Bodl. 9. p. 170 nr. 168, 40, et p. 272. — Potthast, Biblioth. 620.

P. 98—104: «Incipiunt nomina XI regionum . . . id est ventio.»

P. 104—110: «*Diuisio orbis terrarum.* Terrarum orbis diuiditur . . . in latum CCLXV.»

P. 110—111: [*De anima.*] «Philosophorum sententia est quod . . . esse humanas.»

P. 111—116: «*De anima humana.* Qui autem asserunt . . . indiget purgationem.»

P. 116—118: «*De origine animarum.* De hac origine . . . ea fundantur.»

P. 118—119: «*De anima mundi.* Dicunt quidam . . . asserunt habere.»

P. 119—127: «*Item de origine animarum secundum alios.* Sed quare si anima . . . etiam partibus caruit.»

P. 127—162: «*Incipit epistola Alexandri regis magni Macedonis ad magistrum suum Aristotilem de situ Indie et eiusdem vastitate.* Semper memor tui . . . Aristotiles ponderaris. Explicit.»

Ut in cod. **323**, I cuius forsitan apographum.

P. 162—176: «*Item eiusdem Alexandri ad eundem Aristolem (!) magistrum suum.* Opere precium est . . . Qua de re vale.»

P. 176—181: «Explicit ad Aristotelem magistrum suum. Item Alexandri ad Olympiadem. Super his quidem . . . Nunc vale.»

P. 182—184: «Fama refertur quod reges . . . servare iusticiam.»

P. 184 [Altera manu]: „Iste liber oblatus est monasterio Heremitarum per Johannem dictum Biberlin Civem Thuricensem Anno Domini M° CC° LXXXX° VIII° in Epiphania Domini Indictione XI.“

Missus est codex anno 1892 Dr. Volkmann, rectori Portæ. — Cf. Pertz, Archiv, 7, 180; 8, 744. — Geschfr. 43, 158.

---

358. (4. Num. 90.) **Boethius de musica.**

S. X. Membr. 230×173. 270 pp. (immo 274 quia 22 et 221 ter numerantur.) Præterea hinc inde minora folia inseruntur cum figuris etc. v. g. post pp. 80, 194, 198, 200, 221 a, etc. Quaterniones vel quinterniones etc. signantur e (p. 94) usque p (p. 267.) — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—16: *Boethii Geometria.* «Incipit Anicii Boecii v. c. et ill. excons. ordinis atque patricii liber Geometricorum ab Evclide in latinum de greco translatus. Geometria est disciplina magnitudinis . . . propositum convertamus.»

Ed. Migne P. lat. 63, 1352—1364. Apographum huius partis venale exhibitum fuit ex bibliotheca Buoncompagni a. 1898. Catal. I. p. 111. Nr. 744.

P. 16—32: «*Explicit liber primus Arithmeticæ artis. Incipit liber secundus artis geometricæ. De figuris.* Principium mensuræ punctum vocatur cum medium tenet figuræ. Punctus est cuius pars nulla est. Lineæ vero . . . terminum facientes.»

Ed. Migne P. l. 63, 1307—1329, B. sed valde discrepat ab editione.

P. 32—33: «*Incipit altercatio duorum geometricorum de figuris numeris et mensuris.* Mensura est quicquid pondere . . . non confirmant.»

P. 33—37: «*De interna ratione et non recipiendos limites.* Sunt et medii termini qui dicuntur epidonici . . . conclusione extremitas. EXPLICIT.

Hi namque libri continent numerorum causas et divisiones circulorum et omnium figurarum rationes extremitatum genera consummitum (?) angulorum et mensurarum expositiones.»

Hactenus codex omnino concordat cum codice **298**, p. 1—22. Quinam vero liber alterius fuerit exemplar difficile dictu videtur.

P. 38 et 39 notæ breves de mathesi et ordine.

P. 40—137: *Boethii Arithmeticæ* Ll. II. «Domino suo Symmacho patritio summa fide Boetius. In dandis accipiendisque . . . adiecimus.»

Ed. Migne 63, 1079—1168.

P. 138—139: [*Computus digitorum.*] «Si multiplicaveris . . . singularibus subtrahes.»

P. 140 vacat.

P. 141—143: Epistola *S. Hieronymi* de carminibus. «Cogor a te, ut tibi Dasdane . . . intelligenda sunt.»

Tantum abest ut Hieronymo sit tribuendum. Ed. Migne P. l. 30, 213—215.

P. 143—144: «Item in III° libro sic ait: Ad omnem autem sonum quæ . . . sonum faciunt.»

Excerptum ex Isidori Origg. III, 18—21. Ed. Migne 82, 164—167.

P. 144. Figuræ organi, fistulæ, psalterii, cytharæ, cymbali etc.

P. 145—270: *Boethius de Musica ll. V.* Finit: « . . . generibus nusquam una.»

Desiderantur libri V capitula XX—XXX. Ed. Migne P. l. 63, p. 1167—1300. Libri II cap. XV dividitur ita ut hic liber XXXI capita habeat. Singulis libris præmittitur index capitum.

P. 147—148: Græca cum versione latina interlineari.

P. 21—22, a: Figuræ geometricæ quæ ad musicam pertinere videntur. In fine caput hominis cum 4 versibus: «Est homo dimensus . . . fore debet.»

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249. 254. — Schubiger, Pflege d. KG. 9.

---

359. (4. Nr. 3.) **Reginonis chronicon.**

S. X. Membr. 180×132. 231 pagg. (recte 238 quia 6—9 bis numerantur.) Quaterniones signantur vel antrorsum vel retrorsum I—XV. XI est ternio. Plures manus. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

H. de Ligertia sæpius maniculas et notulas margini adpinxit.

P. 1—2 vacat. P. 3—227: [*Chronicon Reginonis.*] «*Incipit præfatio operis subsequentis.* Excellentissimi ingenii et tocius . . . Druogo in dullensi. Explicit chronica Reginonis abbatis.»

Ed. Pertz M. G. SS. I, 543—612. — Migne P. l. 132, 13—150. — Frid. Kurze, Script. rerr. germ. in usum schol. Hannoveræ 1890. 1—153.

P. 228—234: [*Continuatio Reginonis.*] «DCCCCVII Bauuarii cum Ungariis . . . ferens capri montem obsidione.»

Desinit codex mutilus anno 939. Ed. Pertz l. c. 613—618. — Migne l. c. 151—157 B. — Kurze l. c. 154—160. — Cf. Gerbert, Iter alem. 79. — Pertz, M. G. SS. I, 541. — Archiv f. ält. d. Gesch. 3, 234—235; 5, 762; 8, 744. — Kurze, Neues Archiv 15, 300, 301. 303 et edit. cit. p. XII.

XII. FRAGMENTA.

---

360. Isidori Etymologiarum fragmenta.

S. XII. Membr. 340×260. 77 folia, recte 76 quia 67 non numeratur. Folia 76 et 77 inter 65 et 66 inserenda sunt. Præterea initio et fine quina folia chartacea addita sunt. Quaternionum signa non amplius videntur. Variæ manus. — Ligatura moderna videtur de quodam opere impresso desumpta.

F. 48' ad initium libri IV de medicina minio depicta diminutio sanguinis.

Henricus de Ligertia interdum maniculas adpinxit v. gr. f. 2', 3, 4, 28'; fol. 28' et 58 de numero X.

F. II [manu P. Galli Morel]: «*S. Isidori Episcopi Hispal. Etymologiarum sive originum libri XX.* Codex iussu B. Frowini scriptus sæc. XII, dilaceratus iniuriis temporum et hominum, nunc demum qualitercunque restitus anno 1860.»

F. III eadem manu fortuna horum foliorum narratur, quorum maior pars anno 1840 apud S. Geroldum e ligaturis librorum iuridicorum collecta est. Præsens liber descriptus est e codice 167 quocum accurate consentit et maxime in eo, quod F. 35—40' opus *de rerum natura* additur ut liber tertius, dum alii codices et etiam editiones ut proprium opus habeant.

Ed. Migne P. l. 83, 963—988 C.

F. III—IV enumerantur singula fragmenta cuiusque libri.

F. 1: «[H]ac de scriptura Frowine fuit tibi cura
[Fr]atribus ut fieret mercesque tibi remaneret.

[In] nomine patris et filii et spiritus [sanc]ti. Incipit prologus Hy[sidor]i episcopi Ethimologiarum [ad] Braulionem episcopum.»

F. 1—3' [Prologus]: «Ut valeas quæ requiris cito in hoc corpore . . . ora pro nobis beatissime domine frater. Explicit prologus.»

F. 4—77': «Disciplina a discendo . . . atque argenti. Apud veteres enim nec.» [Cetera desunt.]

Ed. Migne P. l. 83, 73—714 C. — Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 253. — Kathol. Schweizerbl. N. F. II (1886) 392—393. — Rahn, Gesch. d. bild. Künste 306. — Littera initialis M (f. 48.) ed. in Schweiz. Archiv f. Volkskunde I (1897) p. 70.

---

361. Horatii fragmenta Morelliana.

S. X. Membr. 210×183. 44 folia valde lacera. Quaternionum signa nulla apparent. — Ligatura de libro antiquo desumpta, tabulæ ligneæ partim corio albo obductæ.

Præmittitur folium pergameneum in quo manu s. XIX artificiose depingitur titulus auro et coloribus ornatus: «*Horatii Epistolarum et Satyrarum* fragmenta antiqua collecta et deposita in bibliotheca apud S. Gerold. 1840.»

Sequitur F. III manu P. Galli Morel de fatis libri: „Vorbemerkung. Im Frühling 1840 war ich 3 Wochen in St. Gerold . . . ist beibehalten.“ Sunt folia quibus plures libri iuridici ligabantur. Primus codicis mentionem fecit J. Casp. Orellius in editione Horatii secunda, T. II, eodem usus est Kirchner Portensis in „Novæ Quæstiones Horatianæ. Naumburgi 1847“ qui codici nomen Morelliani dedit, addito specimine scripturæ. Accuratius codicem inspexit Dr. Baiter pro tertia editione Orellii tomo II. (1852.)

F. 1—44: «Cursit aut mixtæ pueris puellæ . . . [bonus er]uet atque.» IV. Odd. XI, 10—II. Epp. II. 114.

Abundant passim glossæ tum interlineares tum marginales manu coæva scriptæ, nullæ tamen germanicæ.

Cf. Kühne, P. Gall Morel p. 94—95. — O. Keller et A. Holder, Q. Hor. Fl. opera. vol. I. Lipsiæ 1864. præf. p. X. — Chatelain, Paléographie des Classiques latins Nr. 89. — Serapeum 8, 345. — Teuffel, Gesch. d. röm. Lit. 538. — Christ, Horatiana, Sitzgsber. d. philos. philol. Cl. München 1893. I, 86.

---

362. Fragmenta Terentii.

S. X. Membr. 289×235. 57 folia vel fragmenta foliorum. — Ligatura papyr. moderna.

[Titulus manu P. G. Morel]: «*Fragmenta trium codicum antiquorum Terentii collecta ex codicibus Monasterii Einsidlensis.*»

Prostant fragmenta Andriæ, Eunuchi, Heautontimorumeni, Adelphorum, Hecyræ, Phormionis.

I. F. 1—27' [Variæ manus.]: «Natus in excelse . . . quid agitur.» Glossæ frequentes adduntur.

II. F. 28—55': Binæ columnæ. «Putabam et magnum . . . Plaudite. Calliopius recensui.»

Adduntur passim glossæ interlineares et marginales. Quædam alia folia huius codicis habentur in bibliotheca S. Galli N. 1394. (Scherrer p. 460) quinque folia quibus inscriptum legitur nomen abbatis Rudolphi Einsidlensis. — Cf. Schubiger, Heinrich III p. 51.

III. F. 55—57: «Quo magis credas . . . Valerio consulibus. Explicit liber.»

F. 57' [altera manu s. XI]: *Hymnus de S. Nicolao cum neumis.* «Congaudentes exultemus vocali . . . multorum pecami[num in] maria.»

Ed. Mone III, 455. nr. 1093. — Du Méril, Poésies (1843) 170—173. — Migne P. l. 196, 1470—1473. — Cf. Chevalier, Repert. 3795. — Pertz, Archiv 7, 391. — Naumann, Serapeum 1, 237.

---

363. Aurelii de febribus fragmenta.

S. X. Membr. 239×188. 18 folia vel fragmenta foliorum. — Ligatura moderna chart.

H. de Ligertia maniculas et notas in capite titulum addidit: „Liber Galieni logici.“

F. I. [manu P. G. Morel]: «Aurelius, tractatus de febribus. Fragmenta collecta e codicibus monasterii Einsidlensis. 1860.»

F. II' [eadem manu]: Fragmenta hæc esse *Aurelii,* auctoris græci deperditi asseruit Cl. D'Aremberg, Bibliothecarius Mazarinæ Parisiis qui primus hoc opusculum edidit, et hæc quoquæ fragmenta ad manus habuit."

F. 1. [*Index capitulorum*]: «Prohemium. I. De qualitate febrium. II. De curis . . . XXVIII. De parotidis que in febribus fiunt.»

F. 1—18': «Omnibus hominibus generantur . . . confectis et postquam.» [Cetera desunt.]

---

364. Fragmente altdeutscher Handschriften.

S. XIII—XVI. Membr. et chart. Fol. 110 pp. — Ligatura chart. moderna.

I. P. 1—4. S. XV. Membr. 170×117. [*Fragmentum Breviarii cum rubricis germanicis.*]: «thomas tag ze vesper von dem advent . . .»

P. 3—4: Antiphona de beata Maria «Salve regina, Alma redemptoris, O quam preciosa, Ave regina celorum, Regina celi . . . ora pro nobis.»

II. P. 5—12. S. XV. Membr. 108×77. [*Fragmentum libri precum.*]

P. 5: *Ain guts gebet zu der heiligen dreifaltigkeit.* P. 8: *Ein schönes gebet zuo unnserm herren.* P. 5 figura Smæ trinitatis auro et coloribus nitidissime picta.

III. P. 13—20. S. XIV. Membr. 305×227. Duæ columnæ. Pag. 14—18 fragmenta tantum supersunt. *Libri Moysis rhytmice.* « . . . und wie in got hieze werben do . . . Einveltic herce unde reine site.»

Circa 368 versus completi ab Exodi V, 1—XII.

IV. P. 21—28. S. XV. Membr. 90×70. [*Preces dialecto inferioris Germaniæ.*] «Ave Maria gracia . . .»

Paucæ lineæ integræ legi possunt.

V. P. 29—44. S. XV. Membr. 105×84. [*Fragmentum sermonis sive tractatus de iudicio.*] «in dem dritten capitel so er sprichet . . . heut der herre kommet und . . . gevallen sin do er die sa —»

VI. P. 45—48. S. XIV—XV. Membr. [*Fragmentum summarii Heinrici.*]

P. 45—46: «Mela Ybride ex apro et porca . . . situla dicitur quia quod.»

Ut in codice **171**, 16—18.

P. 47—48: «buchin holz. Oleander . . . wildugerwla. Semper uiua.»

Ib. 31—32. Sunt tamen lectiones sat variantes, ita ut non e cod. **171** descripta sint hæc folia. — Cf. Archiv für ält. d. Gesch. 8, 738. — Steinmeyer, AHD. Gl. 3, 58. Cf. ib. 4, 426.

VII. P. 49—64. S. XIV—XV. Membr. 202×126. [*Fragmentum Evangeliarii.*] «ersten müsse komen. Do . . . vnd lobte got. Matheus. Marcus.»

VIII. P. 65—66. S. XIV. Membr. [*Formula adiurationis* partim germanice.] «gelis sint mecum die vigilando nocte . . . fac ad quemlibet plantam tria etc.» Formula germanica: «So du wilt ze gerichte gon oder für lüt die du fürhtest . . . an dis welt gnad etc.»

P. 66 vacat.

IX. P. 67—68. S. XV—XVI. Chart. 196×135. [*Versus*] «*Proverbia Salomonis.* Si sapiens fore vis sex conserva quae tibi mando . . . Wil dw mit weisshayt altenn . . .»

X. P. 69—70. S. XV. Chart. 190×46. [*Fragmentum Kalendarii.*] «Iupiter ich s . . . man verstan etc.»

XI. P. 71—76. S. XV—XVI. Chart. 208×123. [*Statuta vel præcepta scholarium.*] »Scolaris si vis provehi culmen . . . penitus non maculatur.»

Ed. s. XV; cf. Hain, Repert. 15047. 15048. — Programma scholæ claustralis Mettensis in Bavaria 1894. — Cf. Pfaff, Versuch einer Geschichte des gelehrten Unterrichtswesens in Württemberg. Ulm 1842. 31—34. — Falk, Katholik 3. Folge Bd. 7 (Mainz 1897) I, 280 seqq.

XII. P. 77—80. S. XVI. Chart. 185×130. [*Præcepta* latine et germanice.]

XIII. P. 81. Idem.

XIV. P. 83—92. S. XIII. Membr. 105×95. [*Fragmenta carminum gallicorum.*] « . . . mis ie vos gabai la gloire . . . agaitant que meeci.»

XV. P. 93—96. S. XV. Membr. 270×215. [*Fragmentum registri censuum gallice.*] «*La doyenne douchie.* [Ouchy?] Des habitants de Nully saint front . . . *La doyenne de Vy sur aisne* . . .»

XVI. P. 97—98. S. XV—XVI. Chart. Fol. «*Sphera mundi cum duobus cometis Jacobi Zornicensis . . . Dantes purgatorii cap. XVI contra quosdam astrologos.* Vui que uiuete ogni cagion recate . . . Poi vince tuto se ben si nutrica.»

XVII. P. 99—110. S. XV—XVI. Chart. 142×105. [Dialogus *Christi et animæ.*]

P. 101—104: «Wer zu mir in min rych wol komen . . . daz ich dich einigs gut mag erwerben.»

Cetera vacant.

Ultima pagina manu P. G. Morel *index libri.*

---

365. Auctorum classicorum fragmenta.

S. VIII—XVI. Membran. et papyr. 330×245. 176 pp. p. 87 non numeratur, 100 vero bis. — Ligatura papyracea moderna.

In fronte manu P. G. Morel: «*Fragmenta auctorum classicorum collecta e codicibus Monasterii Einsidlensis.*»

Cf. Idem, Pertz, Archiv 8, 736.

I. P. 1—4. *Virgilii ecloga et Georgica.* S. *IX—X.*

P. 1—2: Ecloga 8, 28—95. «Cum canibus . . . lecta venena.»

P. 3—4: Eclog. 10, 72 — Georg. 1, 51. «Pierides; hæc vos . . . prædiscere morem.»

Adduntur glossæ, etiam theotiscæ, quas ed. Steinmeyer, AHD. Gl. 2, 721. — Cf. ib. 4, 427.

II. P. 5—12: *Virgilii Georgica et Aeneis.* S. X.

Georg. 4, 359—487. Aen. 3, 324—450. Adduntur passim glossæ latinæ.

III. P. 13—14: *Servii commentarius in l. X. Virgilii.* v. 138—280. «Ismara ab Ismaro monte . . . secutus Salustium hoc . . . exit.»

Cf. Büchi, A. v. Bonst. (Quellen z. Schweiz. Gesch. 13, pp. 13, 20.)

IV. P. 15—18. *Commentarius in Juvenalem.* S. *XI.* «liberti an locupletis incertum . . . sullicito non sopore.»

V. P. 19—22. *Persius.* S. *XI.* Sat. III, 25—34; 43—51; V, 103—138.

VI. P. 23—26. *Senecæ Hypolitus.* S. *XIV—XV.* 5, 161—212; 2, 439—450.

VII. P. 27—30. *Catonis disticha.* S. *XIV—XV.* [*Præfatio.*] «Cum animadverterem . . . amore deum tuum.»

Versus 1—33; 165—230.

VIII. P. 33—36. *Prosperi Epigrammata 90—99.* S. *X.* Binæ columnæ. «Vir aut securus . . . cuncta remittens.»

Ed. Migne P. l. 51, 526A—529A.

IX. P. 37—40. *Prosperi epigrammata 54—59; 66—68.* S. *X—XI.* Cum glossis latinis et theotiscis. «*De oblatione votorum.* Nemo quicquam . . . potietur luce serena.»

Ed. ib. 514—519.

P. 41—44. *Prosper ad coniugem.* V. 1—85: «Age iam precor mearum . . . ut superaret in illo.»

Ed. ib. 611—614. — Glossas theotiscas ed. Steinmeyer, AHDG. nr. DCCLXXIX. Cf. Morel, E. Handschr. d. K. V. 258. — Steinmeyer l. c. 4, 427.

X. P. 45—46. *Prosper ad coniugem* V. 63—122. S. *XI.*

«Qui Christum passum . . . spiritus unus agat. Explicit liber Prosperi.»

Ed. ib. 613—616. — Cf. Morel, E. Handschr. d. l. KV. 258.

In fine: «LVTOLDVS dicor quis scripsi; te peto lector.
Poscas scriptori premia digna dari.
Perlecto libro crura frangantur magistro.»

Luitoldi scribæ Lunælacensis (Monsee) s. XII mentio fit in chronico eiusdem monasterii apud. Pertz, M. G. SS. X, 125. — Cf. Archiv f. ält. d. Gesch. 5, 528; 10, 498. — Vogel in Serapeum 11, 328—329. — Cahier, Nouveaux Mélanges d'Archéologie 4, 136. Num scriptor huius codicis?

XI. P. 47—50. S. *X.*
XII. P. 51—54. S. *XI.*
XIII. P. 55—56. S. *X.*
} Prudentii fragmenta ex Psychomachia Apotheosi et contra Symmachum.

Cf. Morel E. Handschr. d. K. V. 258.

XIV. P. 29—70. *Livii fragmenta.* S. *XII.* Binæ columnæ. P. 66 legitur signum quaternionis: *XII.*

«Alii videretur aperuerunt . . . uterque oppug.»

L. IV. 31—X. 113.

Contulit Sauppe pro editione Weissenbornii.

XV. P. 71—72. *Curtii fragmentum historiæ Alexandri magni.* S. *XI.* «Cere homo superbissimus . . . inquit Amyntam meam.»

Libri VII, 7. 3—4. — Cf. A. Hug, Philologus 31, 334. — Teuffel, Gesch. d. röm. Lit. 712.

XVI. P. 73—74. *Vegetius.* I. 9. 10. 11. S. X.

«vel ad resistendum . . . ille ad cavendum.»

His duobus foliis usus est Arminius Köchly anno 1856. Eiusdem epistula de iisdem tractans codici adiuncta est.

XVII. P. 77—91. *Boethius.* S. X. Fragmenta commentarii in Categorias Aristotelis et tabula abaci.

Cf. Morel, E. Handschr. d. l. K. V. 249.

XVIII. P. 95—94. *Versus de scachis.* S. *X.* Binæ columnæ.

«Si fas est ludos abiectis ducere curis

— — — — — — — — — — — — — —

Si conclusus erit, prælia tota ruunt.»

98 versus quos edidit ex hoc codice H. Hagen, Carmina lat. medii ævi p. 137—141. Cf. ibid. p. XVI et 236. — Idem Räthselpoesie p. 34.

Hoc folium codici **125** (Hieronimus in Isaiam) s. X vel XI adglutinatum fuit et adhuc superest inscriptio manu s. X.: „In hoc volumine continentur s. Hieronimi tractatum in Esaiam prophetam libri num. XVIII.“ Inde ergo manus s. X (?) versus 65—98 p. 94 tantum visibiles, descripsit in codicem **319** p. 298—299.

P. 94 [Altera manu s. *X—XI*]: «Hebraice literæ Aleph beth . . . lamech me . . .»

Manu s. XII *[de vario sensu s. scripturæ]:* „Historia namque est cum res . . . mysticis seu apertis sermonibus disputat.“

Manu H. d. Ligertia: „Frater Heinricus de Ligertia thesaurarius huius monasterii Heremitarum anno domini M⁰ CCC⁰ XX⁰ quarto bona melioribus commutavit et se de Herliaco huc transtulit sub Johanne abbate de Swanden optimo.“

Cf. Leben d. hl. Meinrad 192—193. — P. G. Meier, H. v. Ligerz 4—5; 65.

XIX. P. 96. [*Petri de Riga versus de avibus.*] S. *XIII—XIV.* Duæ columnæ.

«*Aquila.* Alta petens aquila . . . lucra solet movet.»

De auctore cf. Migne P. l. 212.

Altera manu s. XIV, 11 versus:

«O canachea phisis quo te rapuit tua brisis . . . quorum durissima crisis.»

P. 97 vacat.

XX. P. 98—99. [*Anonymi epigrammata sacra ex evangeliis.*] S. *XIII—XIV.* Ternæ columnæ.

« . . . ciperent portum iam tenuisse vident . . . Huic dicet Jesus adveniens: bone serve fidelis.»

XXI. P. 100, a, b. *Fragmentum carminis epici.* S. *XV.*

72 versus. «Idque pone meis in vasibus . . . vivere posset homo.»

XXII. P. 101—102. Variæ sententiæ et epigrammata a variis scriptæ s. *XV.*

XXIII. P. 103: «*Philippi præpositi Atrebatensis ad lectores carmen virtutis laudatorium.* Divitiis nemo felix . . . iste libellus opem.»

XXIV. P. 105: «Hec metra inventa sunt in lapide quodam sculpta . . . anno domini 1488 in mense Junio in palatio triumphali. Gallorum levitas germanos . . . Tempore quo Venus obumbrabit gaudia vite.»

Ed. Forschungen z. d. Gesch. 18, 572 demptis tamen duobus ultimis versibus et lectionibus variantibus. — Cf. Hist. Jahrb. 17 (1896.) 817. — Pertz, Archiv, 10, 528.

XXV. P. 107 ut *XXII.* p. 101—102.

XXVI. P. 107—110: «*Osculum Panthie Philomusi. [Locher.]* Panthia Dardaneis formosior ipsa puellis . . . Nocturnamque lyram. Panthia chara vale. *Responsio Panthie.* Sepius tristes . . . Dulcis amice.» P. 110: «Fidere vos placidis . . . fabula verna fero.»

Folium desumptum ex Incunabula 797, Margaritha philosophica de anno 1504.

XXVII. P. 111: «Laudibus extolli dignis studiosa . . . famibus ægra. Vale.»

XXVIII. P. 113: «*In laudem summæ angelicæ carmen elegiacum.* Humano angelicas . . . adesse choris. *Τελος.*»

XXIX. P. 115: *Receptum medicinale* lingua italica. S. *XVI—XVII.*

XXX. P. 117—119: «Anno domini 1487 obiit honesta mulier Margaretha Reysserin . . . mane circa 6tam.»

[*8 Versus hispanici S. XVII (?)*]: «A los muros de altas . . . dios me hiziera.»

P. 119 [alii versus hispanici]: «Son fantas mis . . . bas pudo eabar.»

XXXI. P. 121. [*Fragmentum epistolarii.*] S. *XVI.* «A Jacobo Wolfram ex Openhem quondam meo discipulo. Quattuor requiruntur . . . ersamer lieber getrüwer.»

XXXII. P. 125—126. *Fragmentum glossarii.* S. *X—XI.* Binæ columnæ. «sed coniuncti et . . . significat quidem omnes.»

XXXIII. P. 127—128. [*Interpretatio nominum hebraicorum.*] S. *XIV—XV.* Binæ columnæ. «Achitophel frater meus . . . Adoni.»

Bedæ adscribitur; ut **2**, 641.

XXXIV. P. 129—132. *Fragmentum glossarii.* S. *XIV—XV.*

XXXV. P. 133—136. [*Fragmentum cuiusdam grammatici de arte epistolandi et dictandi.*] S. *XII.*

XXXVI. P. 137—146. *Fragmenta glossarii Salomonis.* S. *XII.* Binæ columnæ. Duæ manus. «Malaxatus, maxillatus aut . . . finis gentibus illis.»

Fragmenta tomi 2[i] glossarii Wernheri abbatis cuius primum volumen habes supra sub Nr. 293.

Cf. Hagen, Corpus grammaticorum. Supplem. p. LI.

XXXVII. P. 149—150. *Fragmenta de grammatica.* S. *XII—XIII.* Binæ columnæ.

XXXVIII. P. 151—152. *Fragmentum de rethorica.* S. *XIII—XIV.*

XXXIX. P. 153—168. *Fragmentum vocabularii.* Coire—Fulgeo. S. *XIII.* Binæ columnæ. «ditas et hoc . . . et supra visum fulguro.»

XL. P. 169—170. *Fragmentum de medicina.* S. *XIV.* Binæ columnæ.

XLI. P. *Fragmentum de medicina.* S. *X.*

Propter atramenti pallorem vix unum alterumve verbum legi potest.

XLII. P. 175—176. *Isidori Originum I, 7—8.* S. *VIII.* [Initium legi non potest.] «Superlativus eo quod comparativo superferatur . . . Nam cum dico meus, tuus.»

Ed. Migne P. l. 82, 84. B—85. C.

366. Fragmenta Sequentiarum.

S. XI—XII. Membr. 267×195. 58 pp. quibus ante et retro manipulus chartaceus additur, cuius folia non numerantur. — Ligatura chart. moderna.

P. 27. 36. 50 litteræ initiales artificiose depictæ.

P. 17 & 35 maniculæ H. de Ligertia.

In fronte manu P. G. Morel: «*Fragmenta libri sequentiarum et Hymnorum* sæculi, ut videtur, XII, utcunque restituta e codicibus monasterii Einsidlensis 1860.»

P. 1—36: Fragmenta sequentiarum cum notatione musica, id est linea rubra et neumis. In margine passim cantus «Alleluia» notatur. Inter sequentias notandæ plures *Notkeri Balbuli, Hermanni Contracti et Godeschalci.*

P. 6: *In purificatione Mariæ.* Ave præclara maris stella, cuius auctor in margine indicatur: «[He]inricus monachus.»

Cf. Schubiger, Sängerschule 18.

P. 17: [*In paschate:*] «*Wipo.* Victima paschali.»

Locus classicus quo Wiponi, capellano et historiographo Conradi II. hæc sequentia vindicatur. Schubiger l. c. 93. Idem: La séquence de Pâques, Victimæ paschali laudes et son auteur. Paris 1858. (Extrait du Journal de la Maîtrise. 15. Mai et 15. Junii.)

P. 18: «*In natali S. Marci.* S. Martyris festum . . .»

Originem in Augia divite innuere videtur. Cf. Schubiger, Sängerschule 94.

P. 36—46: «*Incipit diversitas melodiæ [h]ymnorum.* Primo dierum omnium . . . scandit astra Mauricius.»

Prima stropha singulorum hymnorum cum melodia.

P. 47—50: *Fragmentum hymnarii cum melodiis.*

P. 51—52: *Fragmentum gradualis.* «Gloria in excelsis» cum triplici melodia, inter quas «Leonis papæ».

Nempe Leonis IX († 1054) Cf. Schubiger Sängerschule 90. 94. Monumenta Nr. 34. Exempla Nr. 59.

P. 53—54: *Fragmentum ludus de nativitate Christi.* Cum notis musicis. «Infantem vidimus. Pueri . . . natus scitur adesse. Gloriosi.»

Ed. partim ex hoc codice *Mone,* Schauspiele d. Mittelalt. I, 10—12. Cf. ib. 5, ubi codici numerum 179 tribuit. — Morel, D. Pilger 8 (1849.) 401—403. Cf. idem, Geschichtsfr. 17, 76—77; 100.

P. 55: *Fragmentum ludus de passione* cum notis musicis. «Centurio. Florem Mariæ proprio . . . mane diluculo.»

Ed. Morel, Geschfr. 17, 77; 100. — Mone l. c. I, 12. — Cf. Sinner, Bibliographie 165.

P. 55—56: *Fragmentum ludus paschalis cum* notis musicis. «*In resurrectione.* Angelus dicit. Quem queritis . . . Chorus. Te Deum laudamus.»

Ed. Mone, l. c. 1, 12—13. — Morel, Pilger l. c. 113—114. — Simile quid legitur Migne, P. l. 147, 139—142. — Cf. Geschfr. l. c. 77, 100. — Lange, D. lat. Osterfeiern. München 1887. p. 55. Cf. ib. p. 18. — Milchsack, d. Oster- u. Passionsp. Wolfenb. 1880. p. 23—24. — Du Méril, Orig. lat. p. 100. 101. — Drosihn, Redentiner Osterspiel p. 8. Videtur hoc fragmentum olim signatum fuisse Nr. 179.

P. 56: «*Incipiunt VIIII modi qui sunt in musica.*
Versus atque notas Herimannus protulit istas.
Pandat ut ad votum cuique exemplaria vocum.
Ter tria cunctorum . . . cum limmate terni.»

Ed. Gerbert, Scriptores de musica II, 149. — Cf. Schubiger, Sängerschule 84 et inter Monumenta Nr. 32. Fasimile p. VII. — Brambach, Reichenauer Sängerschule (Beihefte z. Centralbl. f. Bibliothekwesen I, 2, 1888.) p. 17, 28, 29, 37, 43. — Hansjakob, Herimann der Lahme p. 70.

P. 57—58. [Posteriore manu s. XII, spatio pro musica notatione vacuo relicto: *Sequentia de S. Magdalena.*] «Exurgat totus almiphonus . . . ysus eonaston eonon.»

In fine quinque folia manu P. G. Morel: «*Index sequentiarum quæ his fragmentis continentur.* Singulis sequentiis additur locus apud Mone vel Daniel ubi typis vulgatæ sunt.»

Id. ibid.: „Dilaceratio huius codicis multum est deploranda, cum multiplici numero distinguatur et plurimum faciat pro historia rei musicæ." Cf. idem Lat. Hymnen 4, 5, 10, 11, 14, 19 etc. — Schubiger, Sängerschule St. Gallens, multa excerpsit ex hoc codice, qui tunc nondum erat religatus, propterea eum indicat: Cod. Einsidl. Fr. 1. Desumpsit sequentia inter Monumenta (Facsimilia) Nr. 9, 13, 32—35, et inter exempla Nr. 3. 6. 7. 12—20. 22. 23. 31. 34. 35. 46—49. 51—53. 55. 59. 60. Numeri 27 et 30 vero non sunt ex hoc codice. cf. Idem Musikalische Spicilegien p. 31. 34. — Idem, la Séquence de Pâques (Paris 1858) 6—7. — Codicis imaginem etiam exhibet Reissmann, Gesch. d. deutsch. Musik. Lpz. 1881. p. 45.

---

367. Fragmenta ex Breviariis.

S. IX—XV. Membr. 79 folia vel foliorum fragmina. 212×165. — Ligatura moderna.

I. F. I. 21. S. *XIV—XV.* Binæ columnæ. «est mihi. Antiph. . . . eos per diversitatem.»

II. F. 23. S. *IX.* Videtur provenire de aliqua *historia apocrypha de infantia Christi.*

III. F. 24—25. S. *X.* «*De Susanna*» etc.

IV. F. 26—27. S. *XIV—XV.* «*Benedictio bona* subinde subiunge kammitus [!] *Leonis pape quam missus erat regis Ciprie contra omnia pericula.* Pax domini . . . potestatis. Amen.»

V. F. 63—66. S. *XV.* Binæ columnæ. «Incipit historia visitacionis sancte Marie virginis super omnia laudate. Antiph. Accedunt laudes virginis . . . quibus presens aderat.»

Narratur institutio huius festi per papam Urbanum VI (1362—70) quod anno 1447 per concilium Basileense introductum est. F. 63 dicitur: „noviter promulgate." F. 66: „propter antiquam institutionem chori Spirensis."

VI. F. 75—79: *Fragmenta hymnarii* S. *XIV* vel *XV*. «tumens quod ille deiecit . . . et nunc et semper. Amen.»

Cf. Schubiger, Musik. Spicilegien p. 24—29, 31, 34. — Morel, Lat. Hymnen 139, 329.

---

368. Breviariorum fragmenta cum neumis.

S. XI—XV. Membran. 330×230. 61 folia. — Ligatura moderna.

I. F. 1—2. S. *XIII. Fragmenta hymnorum de cruce, de S. Michaële, de S. Benedicto.*

Altera manu varia nomina adiecta sunt: Anshalm, Mehilt (?) Petrus, Iudita, Ita. Supersunt etiam vestigia donationis: „Johannes de Adibriga (?) villicus (?) obiit qui contulit ad honorem . . . are beate virgin . . . possessiones suas sitas . . . anno a nativitate . . M⁰ . ."

II. F. 3—5: *Fragmenta Hymnarii* S. *XI—XII. Notkeri* sequentia de S. Magdalena; *Herimannus Contractus* de cruce.

F. 19. S. *XI*. [*Hymnus cum neumis:*] «Rex deus æterne . . . Kyrie eleyson.»

In margine manu S. *XII*: «*Alfabetum* hebraicum. Aleph. . . . Taf.»

Manu s. XIV: „Iste liber est Monasterii Heremitarum."

F. 19′. Manu s. *XI* figura manus litteris inscripta indicans menses et festa anni: «In Januario Circumcisio . . . Octobr. Dionysii. Galli.»

Cf. Morel Lat. Hymnen 174. 329.

F. 39. S. *XI:* [*Antiphona de S. Meginrado.*] «A progenie in . . . et universis fidelibus.»

F. 54—56: S. *XII. Fragmentum Breviarii.* Binæ columnæ.

F. 54′: «*Sermo beati Maximi episcopi* [*de S. Cypriano.*] S. Cypriani festivitatem sicut omnibus . . .»

Ed. Migne P. l. 57, 425.

F. 56: [*De S. Brictio episcopo.*] «Post excessum beati Martini . . . satisfacere vobis.»

Partim verbis S. *Gregorii* Turonensis, Hist. Francor. II, 1. Ed. Arndt, Mon. Germ. Script. rerr. Meroving. I, 59. — Surius, vitæ 13. Nov. T. VI, 288—289.

F. 57—61. S. *XII. Fragmenta officii paschalis.*

F. 60′—60 manus coæva redditus cuiusdam ecclesiæ inscripsit: „[N]otum sit omnibus tam presentibus quam futuris . . . . ista sunt beneficia huius ecclesie et pertinent ad lumen. [He]rmannus Molendinator de Vzwil . ." Alia loca quæ nominantur sunt Bütikon, Mellingen, Bethwil, Varnwank etc.

---

369. Fragmenta ex Missalibus.

S. VIII—XV. Membr. 315×225. 43 folia vel fragmenta foliorum. — Ligatura moderna. Litteræ initiales elegantiores extant ff. 19, 20, 35, 36, 38′ et 40′.

In fronte manu P. G. Morel: «*Missalia antiqua manuscripta. Fragmenta collecta e codicibus monasterii Einsidlensis.*»

I. F. 1—5. S. *VIII—IX.*

II. F. 6. S. *IX.*

III. F. 7—17. S. *X.*

IV. F. 18. S. *X.* «*In exaltatione S. Crucis.*»

V. 19—20. S. *X—XI.*

Continet fragmenta præfationis de *S. Scholastica*, pro *cathedra S. Petri* et in natali *S. Benedicti.* Hæc ultima typis publicata est a me in Studien u. Mitteilungen 1887. H. I. p. 147.

Ex sequentibus hæc tantum videntur esse alicuius momenti:

F. 29' manu s. *XV*: «Ad usum fratris Jodoci ruter de Saraponte.»

F. 38—41 quatuor folia Breviarii in 4⁰ cum neumis continent officia *S. Michaelis* et *S. Galli.*

F. 43: *Fragmentum Kalendarii* S. *XV.* ubi 9. Septembris «Dedicatio ecclesie Constantiensis.»

Cf. Morel, Lat. Hymnen 320.

---

370. Vitæ Sanctorum. Fragmenta.

S. VIII—XIV. Membr. 340×270. 42 folia. — Ligatura moderna. Littera initialis artificiosa f. 42'.

Maniculi H. de Ligertia 16'. 23.

In fronte manu P. Galli Morel: «*Cassiani collationes ll. XVIII—XX vel vitæ sanctorum. Fragmenta collecta e codicibus antiquis monasterii Einsidlensis.*»

I. F. 1. S. X. *II.* F. 2—16. S. X. *Cassiani collationes.* Binæ columnæ.

Fragmenta collationum XVI, XVIII, XIX.

III. F. 17. S. X. *Cassiani collationum* fragmentum Conlat, 18, 5—6.

Ed. Petschenig (Corpus Script. eccles. 13.) 510—512. — Cf. Morel, Einsidl. Handschr. d. K. V. 250.

IV. F. 12—19. S. *VIII—IX. Vitæ patrum fragmentum.*

Hæc duo folia excisa fuere e codice **18** in fine et continent continuationem eiusdem; paucæ tamen lineæ in margine excisæ sunt. Ordine inverso insertæ sunt, nam f. 19 continet de vitis patrum libri V. quod inscribitur „*Verba seniorum*", libelli septimi numeros 16 (partim; initium in codice **18**, 331.) 25—27, 31, 32, 36, 45; libelli VIII nr. 2 initium.

Ed. Migne P. l. 73, 896—905.

F. 18' et 18 est continuatio f. 19' continens libelli octavi numeros 2 (partim) 10, 17, 18, 19, 21. Libelli noni nr. 1.

Ed. ib. 905—909.

V. F. 20. S. *XI. De S. Andrea.* «vo per lignum prævaricationis credideris penitus nunquam.»

Ed. Surius 6, 620.

F. 20' manu H. de Ligertia: „Iste liber est Monasterii Heremitarum."

VI. F. 21. S. *X. Vita S. Bonifacii auctore Willibaldo.* C. VI. «ut per maximam iam . . . considerando circuit et.»

Ed. Jaffé. Bibl. 3, 454—455.

VII. F. 22. S. *XI. Vitæ S. Euphrosynæ* finis. «filia mea dulcissima quare ante non . . . est gloriosus cum patre . . . seculorum. Amen.»

Cf. Bollandi Acta SS. 11 Febr. II, 540—541 ubi tamen diversus textus est. — Migne P. l. 73, 643—652.

VIII. F. 23—24. S. *XII.* Binæ columnæ. *De SS. Susanna et Gaio.*

Cf. Acta SS. 11. Augusti II, 631 ubi textus alius multum diversus.

IX. F. 25—26. S. *XIV.* Binæ columnæ. *Fragmentum legendæ Longobardicæ Jacobi de Voragine.*

F. 25—25': [*De S. Andrea.*] «mam mulieris pulcherrime transformavit . . . subito moritur et ager ecclesie restituitur.»

Ut in cod. **629**, f. 6—7.

F. 25'—26': *De S. Nicolao.* «*De ethimologia nominis.* Nicolaus dicitur a nicos . . . tanta minaris. Scito.»

Ut cod. **629**, fol. 7—8'.

X. F. 27. b. a. S. XV. *Fragmentum Breviarii. Dominica V post Epiphaniam.* «*Omelia S. Augustini episcopi* . . . Cum negligenter agerent prepositi ecclesie . . . ha credunt, vel infir . . .»

Quæstion. in Evang. Matth. Quæst. 11. Ed. Migne III, 1367—1368.

XI. F. 28—29. S. *XII.* [*Fragmentum de passione domini.*]

XII. F. 30—31. S. *XII.* *Epistolæ Ivonis Carnotensis LXVIII et LXX.* «Hugoni dei gratia Lugdunensi . . . noli dicere pos . . .»

Ed. Migne Epp. 59 et 60. P. l. 162, 69—73 D.

XIII. F. 32. b. a. S. *XI.* *Fragmentum collectionis canonum ecclesiæ. LXXVIIII—XCI.* «in baptismo solvuntur crimina non . . . uxorem et post . . .»

XIV. F. 33—35. S. X. *Fragmentum Claudiani Mamerti de statu animæ.*

Cf. Morel, Einsid. Handschr. d. l. K. V. 250.

XV. F. 36—37. S. X vel *XI.* *Fragmentum vitæ S. Antonii* auctore Athanasio capp. X—XII. « . . . manducetis. Nec corpori . . . unum poterit ostendere.»

Ed. Bolland. Acta SS. 17. Jan. II, 130—131 nr. 59—65.

XVI. F. 38—39. S. *XIV.* Quattuor fragmenta vitæ B. *Macharii* abbatis monasterii Scottorum Wirceburgi († 1153) . . . «pit quin abbas . . . confessionem. Qua facie . . .»

Ed. Gropp, Scriptores Wirceburg. (1741) I, 809—810. — Cf. Chevalier, Repert. 1437.

XVII. F. 40—41. S. *XII.* Binæ columnæ. Duo fragmenta vitæ apocryphæ B. *Mariæ* virginis. «domini sicut colu . . . devicta morte reg —» . . .

XVIII. F. 42. S. *XII.* Binæ columnæ. *Fragmentum legendarii.*

F. 42—42': *Fragmentum vitæ S. Juvenalis.* «carporum mixticæ ligores . . . domino cooperante sanantur. Hæc autem gesta sancti Juvenalis a viro beatissimo episcopo Maximo edita est petentibus eis qui vitam et actus ipsius uoluerunt nosse et reversi sunt cum magno gaudio agentes deo gratias per Jesum Christum cui est honor et imperium in secula seculorum. Amen.»

Ed. Boll. Acta SS. 3. Maii I, 388 D—389C.

F. 42'. *Fragmentum vitæ S. Gordiani*: «*VI Idus Madii. Sancti Gurdiani.* Temporibus Juliani impiissimi imperatoris . . . Si mihi consenseris ego quidem.»

Ed. Bollandi Acta SS. 10. Maii II, 552.

---

371. S. Bibliæ fragmenta manuscripta.

S. IX—XV. Membr. 320×230. 56 folia vel foliorum fragmenta (recte 57 quia 9 bis occurrit.) — Ligatura moderna.

F. 1 et 29' vestigia H. de Ligertia.

In fronte manu P. G. Morel: «*Fragmenta S. Scripturæ collecta e codicibus monasterii Einsidlensis.*»

I. F. 1—34. S. *IX—X.* F. 12' quaternio XXIII.

F. 1—17': *Fragmenta Actuum Apostolorum.*

F. 16'—17: *Initium epistulæ ad Laodicenses.* Secuntur fragmenta epistularum Jacobi, Petri, Johannis et Apocalypsis.

II. F. 37—38. S. X. Genesis 41, 19—42, 16. Cum glossa marginali.

III. F. 39. S. X*I*. Exodus 7, 3—8, 8. Cum glossa marginali.

IV. F. 40. S. X*V*. Deuteronomium 19, 13—23.

V. F. 41—43. S. *XI.* Binæ columnæ. De libris regum.

F. 55—56: «Specimen codicis rescripti.» Scriptura erasa erat pars libri Sapientiæ.

---

372. Fragmenta homiliarii.

S. XIII—XIV. Membr. 210×150. 17 folia vel fragmenta foliorum. Binæ columnæ. — Ligatura moderna.

In fronte manu P. G. Morel: «*Homiliarius succinctus Sæculi XIII—XIV. Fragmenta collecta e codicibus monasterii Einsidlensis 1860.*»

F. 1—16: [*Homiliæ pro dominicis.*] «*Dominica I*[a] *in adventu Domini.* Cum appropinquasset Jesus Jerusalem etc. Nota quod V. ponuntur in hoc ew . . . in celo sine fine.»

Hinc inde p. 1, 8, 11' in margine alia manus notas apposuit

F. 17—17': [*Appendix de peccatis.*] «Generaliter omne peccatum fugiendum . . . unde de parte celi.» [Mutilum in fine.]

---

373. Fragmenta commentarii in Psalmos.

S. XII. Membr. 245×167. 8 folia. — Ligatura moderna.

In fronte manu P. Galli Morel: «*Commentarii in Psalmos fragmenta* collecta e codicibus monasterii Einsidlensis. 1861.» Super Ps. 109—118.

F. 1—8'. «[D]ixit dominus domino meo. Psalmus David. Psalmus iste convenit David prophetæ . . . pronuntiabo iuditia erunt dei.»

Editum sub nomine Haymonis Halberstat. episcopi in Migne P. l. 116, 579—604. D. Haimonem abbatem Hirsaugiensem suspicatur A. Hauck, Kirchengesch. Deutschl. II, 597—598.

---

374. Martyrologium.

S. X—XI. Membr. 237×180. 10 folia. — Ligatura moderna.

In fronte manu P. G. Morel: «*Martyrologii antiquissima fragmina, collecta e codicibus monasterii Einsidlensis.*»

I. F. 1—8. «turnini, uitalis, felicis . . . regulæ alibi basillæ.»

Complectitur dies a 9. Januarii usque ad 11. Sept. F. 1' manu s. XI additur: «Meginradi m.» Item 24 Februarii: «Dedicatio capellæ S. Gangolfi.» Die 19. Martii: «Bethleem s. Joseph nutritoris domini.»

II. F. 9. *Fragmentum Kalendarii.* 8 Sept.—28 Oct. In margine apponuntur pauca nomina defunctorum. 11 Oct. minio: «*Recordatio fratrum nostrorum.*»

Hæc folia tunc variis codicibus agglutinata vidit anno 1856 v. cl. J. B. de Rossi. Cf. Bolland. Acta SS. Nov. 2, I, p. [XXVIII]. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249.

---

375. Fragmenta sermonum.

S. X—XIV. Membr. 230×179. 98 pag. — Ligatura moderna.

P. 1 vestigium H. de Ligertia.

